CHRY. sup matth. Ille dz christi iusticiã predicare: q̃ ventri suo ꝑdicere põt: q̃ seculi isti⁹ bona contẽnit: q̃ vanã gl'iam non desiderat. Et ideo dicit: Extinde cepit iesus ꝓdicare. i. exquo tẽtatus famẽ vicit in deserto: auaricia z spreuit in monte: vanaz gl'iam repercussit in templo. vel: Extinde cepit ꝓdicare. exquo traditus est ioãnes: nã si ꝓdicãte ioanne ꝓdicare cepisset: vilẽ reddidisset ioannẽ: ⁊ inueniret ꝓdicatio ioannis esse supflua g̃rum ad isti⁹ doctrinã: sicut si vno tempore sol cũ lucifero oriat: gr̃az luciferi celat. CHRY. in ho. Ideo etiã nõ ꝓdicauit donec ioãnes in carcerẽ mitteret: ne ex hoc multitudo scindere tur: ꝓpter q̃ etiã ioannes nullũ fecit signũ vt ꝑ miracula oẽs traherent ad christũ. RABA. In hoc etiã docet nequis ab inferiori ꝑsona sermonẽ cõtẽnat. vnde apl's Sicui sedẽti reuelatũ fuerit prior taceat. CHRY. super matth. Sapienter aũt inde ꝓdicationis sue sumpsit initiũ

Hieronym. a.

Hieronym. a.

Hieronym. a.

Hieron. a.

non vt cõculcet ioannis doctrinã: sed vt magis cõfirmet ⁊ testẽ eũ verũ fuisse demõstret. HIERO. In quo etiã ondit se eiusdẽ cẽ dei filiũ cuius ille fuerat ꝓpheta. Et iõ dicit: Penitentiã agite. CHRY. sup matth. Nõ eni statim iusticiã ꝓdicauit: quã oẽs cognoscebãt: sz pniaz quã oẽs indigebãt. Quis ergo ausus ẽ dicere: Volo bonus cẽ ⁊ nõ possum? Penitentia qui correctio est volũtatis. ⁊ si vos mala nõ terrẽt: vt. s. pniam agatis: saltem bona delectent. vñ sequit: Appropinq̃bit eni regnũ celoꝝ. i. beatitudo regni celestis: ac si dicat: Parate vos p pniam: quia appropinquauit tps mercedis eterne. REMI. Et notandũ q̃ nõ dicit: Appropinquauit regnũ chananeorũ aut iebuseorũ: sed regnũ celorũ. lex eni ꝓmittebat bona tẽporalia: sed dñs regna celestia. CHRY. in homi. Cõsiderãdũ etiã q̃ i hac ꝓdicatiõe nihil de seipso manifeste ꝓdicabat: qõ interim ꝓcuniẽs erat: q̃ nondũ de eo decẽtem habebãt opinionẽ. Incipiens etiã nihil graue ⁊ onerosũ dixit: sicut ioãnes dixerat: Securim ad arborẽ incisã: ⁊ huiusmõi. sed in ꝓncipio benigna ꝓposuit: regnum euãgelizans. HIERO. Mystice aũt ioãne tradito christus incipit predicare: quia desinente lege: consequenter oritur euangelium.

Hieron. a.

¶ Ambulãs autẽ iesus iuxta mare galilee uidit duos fratres simonẽ qui vocat̃ petrus: ⁊ andreaz fratrẽ eius mittẽtes rhete in mare. Erãt eni piscatores. Et ait illis: venite post me ⁊ faciaz vos fieri piscatores hominũ. At illi cõtinuo relictis rhetibus secuti sunt eũ. Et ꝓcedẽs inde vidit alios duos fratres: iacobũ çebedei: ⁊ ioannẽ fratrẽ eius in naui cũ çebedeo patre eorũ: reficiẽtes rhetia sua: ⁊ vocauit eos. Illi aũt statim relictis rhetibus ⁊ patre: secuti sunt eum.

¶ CHRY. super matth. Antẽq̃ christ⁹ aliquid dicat vel faciat vocat apl̃os: vt nihil illos lateat nec verborũ christi: nec operũ vt postmodũ fiducialit̃ dicere possint: Nõ possumus que vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ nõ loq̃. Hinc est q̃ dr̃ Ambulans iesus iuxta mare galilee. RABA. Mare galilee idẽ ẽ quod stagnũ geneçareth: mare tyberiadis: ⁊ lacus salinaruz. GLO. Decẽter aũt p piscatoria vadit loca piscatores piscaturus. vñ seq̃t: Uidit duos fratres simonẽ qui vocat̃ petrus: ⁊ andreã fratrẽ ei⁹. REMI. Uidit aũt nõ tam corporalit̃ q̃ spiritalit̃ ad corda eorum respiciens. CHRY. in homi. In medijs aũt operationib⁹ existẽtes eos vocauit: monstrãs q̃ oibus occupationib⁹ sequelã suã preponere oportet. vñ seq̃t: mittẽtes rhetia in mare. q̃ q̃dem eorũ officio ꝓgruebat: ꝓpt̃ q̃ seq̃tur: Erant eni piscatores. AVG. in sermo. de caled. Januarij: Nõ eni elegit reges aut senatores aut phos aut oratores: imo elegit plebeios: paupes: indoctos piscatores. AVG. sup ioannẽ: Si eni doctus eligeret: fortassis ideo se diceret electũ: q̃ doctrina eius eligi meruit. Dñs aũt noster iesus christ⁹ volẽs superborũ frangẽ cerui ces non q̃siuit p oratorem piscatorẽ: sed de piscatore lucratus est iperatorẽ. Magnus cyprianus orator: sz ꝑ̃ petrus piscator. CHRY. super matth. Future etiam dignitatis grãm artificij opere ꝓphetabãt. naz sicut qui rhetia iactat in aqua: nescit quos pisces cõprehensur⁹ ẽ sic ⁊ doctor q̃ diuini sermonis rhetia sup pplm̃ iactat: nescit qui sũt accessuri ad deũ. Sed quoscũq̃z deus excitauerit: illi adherẽt eius doctrine. REMI. De his aũt piscatorib⁹ loquit̃ dñs per heremia dicẽs: Mittã i vos piscatores meos ⁊ piscabunt̃ vos. vñ ⁊ h subdit: Venite post me. GLO. Non tam pedib⁹ q̃ affectu ⁊ imitatiõe. Et faciam vos fieri piscatores hoiuz. CHRY. super matth. i. doctores: vt cuz rheti verbi dei cõprehendatis hoies de mũdo tẽpestuoso ⁊ piculoso: vbi hoies nõ ambulant: sed ferunt̃: q̃ diabolus cuz delectatione cõpellit eos i malo: vbi alterutrũ hoies se comedũt: sicut pisces fortiores deuorant iuniores: vt trãslati viuant i terra corporis christi mẽbra facti. GRE. in homi. Nulla autem petrus ⁊ andreas christũ miracula facere videbãt: nihil ab eo de premio eterne retributiõis audierãt: ⁊ tamẽ ad vnum dñi ꝓceptũ hoc q̃ possidere videbant obliti sunt vñ sequit: Et illi cõti. reli. rhe. se. sũt eũ. In quo affectum debemus potius pẽsare q̃ sensũ. Multũ eni reliquit qui sibi nihil retinuit: multũ dimisit qui cũ re possessa concupiscentijs renũciauit. A sequẽtib⁹ ergo tanta dimissa sũt quãta a nõ sequẽtib⁹ cõcupisci potuerũt. Exteriora eni nostra dño quantũlibet parua sufficiũt: nec ꝓpendit q̃tũ in eius sacrificio sed ex q̃to ꝓferatur. Estimationẽ q̃ppe precij regnũ dei nõ habet: sed tantũ valet quãtũ habet.

CHRY. sup matth. Non aũt predicti discipuli secuti sunt christũ doctoris cupiẽtes honorẽ: sed opis lucrum: sciebat eni q̃ preciosa ẽ aia hois: q̃ grata est apud deuz salus ipsi⁹ ⁊ quãta ẽ merces. CHRY. in homi. Tante igitur ꝓmissioni crediderũt ⁊ per sermones q̃bus sũt capti crediderũt se alios posse piscari. CHRY. sup matheũ: Hec igit̃ cupientes secuti sũt omnib⁹ relictis: i quo nos docuerũt: q̃ nemo põt terrena possidere: ⁊ pfecte ad celestia peruenire. GLO. In his ergo datũ ẽ exemplum illis qui sensũ deserũt ꝓ christi amore. Subditur aũt exemplũ eorũ q̃ etiã carnales affectus pro deo postponũt. vnde dicitur: Et ꝓce. inde vidit alios duos. Nota vocat binos ⁊ binos: sicut alibi legitur q̃ misit binos ⁊ binos ad ꝓdicandũ. GRE. in homi. Quaten⁹ hic nobis tacitus innuat: q̃ qui charitatẽ erga alterũ nõ habet predicatiõis officiũ suscipere nullatenus dz. Duo enim sunt precepta charitatis: ⁊ minus q̃ inter duos charitas haberi nõ potest. CHRY. super matth. Sup charitatem etiã fraternitatis recte posuit fundamẽta: vt ex radicibus charitatis exuberãs quasi humor ascẽdat i ramis ⁊ hoc sup naturalẽ charitatem: vt nõ solũ p grãm: sz etiã per naturam ipsa charitas firmior habeat. vnde dicit: Fratres: sic eni fecit deus. ⁊ in veteri testamẽto sup moysen ⁊ aaron fratres: ponẽs edificationis initiũ. Quoniaz aũt abũdantior est gratia noui testamẽti q̃ veteris: iõ primũ popolũ edificauit sup vnam fraternitatẽ: hunc autez super duas. Iacobũ inquit çebedei ⁊ ioannẽ fratrẽ eius in naui cũ çebedeo patre eorũz reficientes rhetia sua. q̃ est maxime pauptatis indiciũ. vetera eni reficiebant qui noua vnde emerẽt non habebãt. Et q̃ ad maiorẽ pietatem eorum ꝓtinet in tanta pauptate sic ꝓximo suo succurrebant: vt secũ eum baiularẽt in naui: non vt ille istos ad iuuaret in opere: sed vt isti illũ cõsolarent sua presentia.

CHRY. in homi. Nam parua aũt est hic demõstratio virtutis: inopiam facile ferre: ex iustis nutriri laboribus colligari inuicẽ amoris virtute: patrẽ habere secũ ⁊ curare. CHRY. sup matheũ: Estimare aũt ꝓmos velociores ad predicandũ q̃ rhetia mittebant: iustos aũt quasi pigriores quia adhuc rhetia cõponebant: non sum⁹ ausi: q̃ differentiã eorũ cognoscere solius est christi. Forte ergo illi ꝓpter petrũ dicti sunt mittentes rhetia qui predicauit euangeliũ: sed nõ cõposuit. Isti aũt ꝓpter iohannẽ componẽtes: q̃ euangeliũ cõposuit. Sequit: Et vocauit eos. Erãt eni habitatione ciues: dilectione cõcordes: artificio pares: fraternitatis coniuncti pietate. Ideo simul vocauit eos: ne tot bonis cõiunctos dissimilis vocatio separaret. CHRY. in homi. Uocãdo aũt nihil eis ꝓmisit sicut prioribus: obedientia eni eorũ qui preuenerãt viam eis preparauerat. Sed ⁊ multa de ipso audierant scilz tanq̃ familiares ⁊ cõsanguinitate coniũcti. Sequit: Illi aũt reli. rheti. ⁊ patre: se. sunt eum. CHRY. super matth. Tria eni sũt que relinq̃re debet qui venit ad christum: actus carnales qui p rhetia piscationis significant: substantiã mundialem que p naucem: ⁊ parentes qui per

patrem

patrem. Reliquerũt ergo naucm vt fierẽt ecclesiastice nauis gubernatores. Reliquerũt rhetia: vt nõ pisces afferent ad ciuitatẽ terrenã: sed hoies ad celestẽ. Reliquerũt vnum patrẽ vt spiritales patres oiuz fierent. HILA. Eis igitur artem ⁊ patria domũ relinquentib' docemur christum secuturi ⁊ secularis vite sollicitudine: ⁊ paterne domus consuetudine nõ teneri. REMI. Mystice aũt per mare designatur iste mundus: ppter amaritudinez ⁊ ⁊ fluctuationẽ. galilea aũt interpretat volubilis siue rota ⁊ significat mundi volubilitatẽ. Ambulauit igitur iesus iuxta mare dum ad nos p incarnationẽ venit: qz nõ carnem peccati: sed similitudinez carnis peccati suscepit ex virgine. Per duos fratres duo populi designant: qui ab vno deo patre creati sunt: quos vidit quãdo eos miseri corditer respexit. Per petrũ eni qui interpretat agnoscẽs ⁊ dicitur simon. i. obediẽs: designatur iudaicus populus qui per legem deum agnouit: ⁊ preceptis eius obediuit. Per andreã qui interpretat virilis siue decorus: intelligitur gentilis populus q̃ post agnitionẽ dei viriliter in fide pmansit. Nos popul vocauit quãdo predicatores in mundũ misit dicens: Venite post me. i. relinq̃te decepto rem ⁊ sequimini creatorẽ. De vtroq̃z etiam populo facti sunt hominũ piscatores. i. predicatores. Relictis aũt nauibus. i. carnalibus desiderijs. Et rhetib'. i. mundi cupiditatibus secuti sũt christum. Per iacobũ etiã intelligitur iudaicus populus: qui per cognitionẽ dei diabolum supplantauit: Per ioannẽ gentilis populus q̃ sola gratia saluatus ẽ. Zebedeus aũt: quẽ relinquũt: ⁊ interpretatur fugitiuus siue labẽs: significat mundũ qui transit: ⁊ diabolum qui de celis lapsus ẽ. Per petrũ etiam ⁊ andreaz mittẽtes rhetia in mare designant illi qui in p̃ma etate dũ de naui corporis sui mittũt rhetia carnalis concupiscẽtie in mare huius seculi vocant a dño. Per iacobũ ⁊ ioannẽ reficientes rhetia designant illi q̃ post peccata ante aduersitates veniũt ad christũ recuperantes q̃ p̃dicauerunt. RABA. Due naues duas ecclias figurant: eam que ex circũcisione ⁊ eam q̃ ex preputio vocata ẽ. Quilibet etiam fidelis sit simon deo obediẽdo: petrus peccatum suũ agnoscendo: andreas viriliter labores patiẽdo iacobus vitia supplantãdo. GLO. Et ioannes vt totũ gratie dei ascribat. ⁊ ideo quater tm̃ vocatio ponit: per quos predicatores dei quatuor mundi partib' vocatos signetur. HILA. Uel in hoc futurorũ euangelistarũ numerus figuratur. REMI. Per hoc etiã quatuor virtutes principales designantur. prudẽtia enim refert ad petrum ppter diuinã cognitionem: iusticia ad andreã ppt operũ virilitatẽ: fortitudo ad iacobũ ppter diaboli supplantationẽ: temperantia ad ioannẽ: ppt diuine gr̃e effectum. AVGV. de concor. euange. Sane mouere põt: quomodo ioãnes dicat nõ in galilea: sed iuxta iordanẽ andream secutũ eẽ dõm: cũ alio cuius nomen tacet: deinde petrũ ab illo nomen accepisse. Ceteri aũt tres euangeliste de piscatione vocatos eos dicũt satis int̃ se conuenienter: maxime matthe' ⁊ marcus. nam lucas andreaz nõ nominat: qui tamẽ intelligit in eadez naui fuisse. Hoc etiã videtur distare q̃ tm̃ petro a dño dictum esse cõmorat lucas: Ex hoc iam hoies eris capiẽs. qõ matthe' ⁊ marcus ambobus dixisse narrant. sed potuit prius petro dici fm lucã: ⁊ ambobus postea fm alios duos. Sz quod de ioãne diximus: diligenter considerandũ ẽ: cum ⁊ locorum plurimũ intersit ⁊ temporis ⁊ ipsius vocationis. Sed intelligendũ est petrũ ⁊ andreaz non sic vidisse dõm iuxta iordanẽ: vt ei iam inseparabiliter inhererent: sed tm̃ cognouisse quis esset: ⁊ eum miratos ad propria remeasse. Forte aũt qõ pretermiserat recapitulat: qz sine vlla cõsequentis temporis differentia dicit: Ambulans aũt iuxta mare. Queri etiã potest: qũo binos ⁊ binos seorsum eos vocauerit: sicut narrat mattheus ⁊ marc': cũ lucas dicat iacobũ ⁊ ioannem tanq̃ socios petri ad adiuuandũ vocatos fuisse: ⁊ simul subductis ad terrã nauibus christum secutos. vnde intelligendum est hoc primo esse factũ quod lucas insinuat: ⁊ eos ad capturã piscium ex more remeasse. Non eni erat dictũ petro q̃ pisces nũ q̃ esset capturus: cum post resurrectionẽ hoc fecerit: sed q̃ homines esset capturus: postea hoc factum est qõ matheus ⁊ marcus narrat: non eni subductis ad terrã nauibus tanq̃ cura redeundi secuti sunt eum: sed tanq̃ iubentem vt sequerentur.

¶ Et circuibat iesus totam galileam docens in synagogis eorũ: ⁊ predicans euangeliuz regni: ⁊ sanans omnẽ languorẽ ⁊ omnẽ infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius in totã syriã: ⁊ obtulerunt ei oẽs male habẽtes varijs lãguoribus ⁊ tormentis cõprehensos: ⁊ qui demonia habebant ⁊ lunaticos ⁊ paralyticos ⁊ curauit eos. Et secuti sunt eum turbe multe de galilea ⁊ decapoli ⁊ de hierosolymis ⁊ de iudea ⁊ de trans iordanem.

¶ CHRY. super matheũ. Omnis rex pugnaturus cõtra aduersariũ prius congregat exercitum ⁊ sic vadit ad pugnam: sic ⁊ dñs contra diabolum pugnaturus prius congregauit apostolos: ⁊ sic cepit euangelium predicare vnde sequit: Et circuibat iesus. REMI. In quo doctorum vita instruitur. Ut enim nõ sint pigri: docent p hoc quod dicit: circuibat iesus. CHRY. super matheuz. Quia eni illi vt debiles ad medicũ venire non poterant ipse sicut studiosus medicus circuibat grauiter egrotantes: ⁊ dñs quidẽ circuibat singulas regiones. Qui autez sunt vnius regionis pastores considerando debent circuire populi singulas passiones vt ad remediũ passiõis eorum aliquod medicamentum in ecclesia proferatur. REMI. Ut aũt non fiat acceptores personarũ docentur predicatores p hoc quod subiungitur: Totã galileã. Ut autem vacui non discurrãt: docentur per hoc qõ subditur: Docent. Ut aũt nõ paucis sed multis prodesse studeant: mouentur per hoc quod sequitur: In synagogis. ¶ CHRY. in homi. hinc etiam eos erudiebat: q̃ non est deo cõtrarius iudeis predicans ⁊ errorũ predicator sed cõsonans patri aduenit. REMI. Ut aũt non erores neqz fabulas sed salutaria predicẽt: docetur per hoc q̃ subditur: Predicans euangeliũ regni. Distat aũt inter docens ⁊ predicãs: docẽs eni refertur ad presentia: p̃dicans ad futura. docebat eni de presentib' mandatis: p̃dicabat de futuris promissis. CHRY. super matheũ: Uel docebat iusticias naturales quas. s. ratio naturalis docet: vt castitatem: humilitatẽ: ⁊ huiusmodi: quas per seipsos omnes bona esse intelligũt de quib' necessaria ẽ doctrina: nõ tantũ ppter manifestationẽ quãtum ppter excitationem cordis. Preualẽtibus eni delectationibus carnalibus scientia iusticie naturalis quasi in oblitionẽ deducta obdormit. Cum ergo cepit doctor reprehendere carnalia mala: eius doctrina nõ nouam scientiã introducit: sed oblitam cõmonefacit. Predicabat aũt euangelium ãnũciando bona que antiqui manifeste nec audierant: vt beatitudinem celestem: mortuorũ resurrectionez ⁊ huiusmodi. Uel docebat interpretando prophetias de ipso. Euangeliũ predicabat denũciando in se bona futura. REMI. Ut autem doctores doctrinã suam virtutibus cõmendare studeant: docent per hoc quod subdit: Sanans omnẽ languorem ⁊ omnẽ infirmitatẽ in populo. Infirmitas quidẽ est corporũ: languor autem animarum. CHRY. super matheũ: Uel per languorẽ animo aliquã passionẽ intelligimus: vt auariciã: libidinẽ: ⁊ huiusmodi. Per infirmitatẽ aũt infidelitatem: per quã alicꝗs infirmatur in fide. Uel p languores intelligunt graiores corporis passiones: per infirmitates autem leiores: si-

cut autē passiones corporales diuinitatis virtute sanabat: sic spiritales verbo pietatis. Primo aūt docet ⁊ postea sanat, ppter duo. ꝑmo quia premittitur quod magis necessariū est. verba eni pietatis edificant aiam nō miracula. deinde q̄ verba p miracula cōmendant: ⁊ nō ecōuerso. ¶ CHRY. in homi. Considerandū aūt q̄ vbicunq̄ legis cuiusdā introductio fit: signa facere de⁹ assueuit: pignora sue virtutis legem tribuēs suscepturus: hoiez eniz factuꝝus mūdū creauit: ⁊ tūc illi legē in paradiso proposuit: ⁊ quādo noe legem laturus erat: magna signa ondit. Et similiter iudeis legem laturus, pdigia ostēdit: ⁊ tunc legem dedit: ita ⁊ hic sublimē illā legē introducturus: miraculorū demonstratione certificat que dicunt. Quoniam eni regnū quod predicabat nō apparebat: ab apparentibus signis ipsū manifestauit. GLO. Sed q̄ predicatores debent habere bonū testimonium ab his q̄ foris sunt: ne si vita despicitur: predicatio contēnat: subditur: Et abūt opinio eius in totam syriam. RABA. Syria est omnis regio ab euphrate vsq̄ ad mare magnū: a cappadocia vsq̄ ad egyptum: in qua est, puincia palestina in qua habitāt iudei. CHRY. in homi. Intende aūt moderationē euangeliste quia nō vnūquenq̄ nobis enarrat curatorū: sed breuibus verbis copiositatē transcurrit signorū. vnde sequit: Et obtulerūt ei omnes male habētes

Hierony. b.

REMI. Per quos varias vult itelligi infirmitates: sz leiores. Cum vero dicit: Varijs languoribꝫ ⁊ tormentis cōprehensos: illos vult intelligi de quibus subinferē: Et qui demonia habebāt. GLO. Languor diuturnus est tormentum: morbus actus: vt dolor lateris ⁊ huiusmodi. qui aūt demonia habebāt: sunt q̄ a demonibus vexabantur. REMI. Lunatici eni dicti sunt a luna: que dū menstruis tēporibus crescit ⁊ decrescit: ipsi vexantur.

Hieron. a.

HIE. Demones eni obseruantes lunaria tēpora creaturarū infamare cupiebant vt in creatorē blasphemie redundarēt. AVGV. xxij. de ciuitate dei: Illiciunt tamē demones ad habitandū per creaturas: quas nō ipsi: sed deus condidit delectabilib⁹: p sua diuersitate diuersis nō vt animalia cibis: sed vt spiritus signis: que cuiusq̄ delectationi congruūt. RABA. Paralytici aūt sūt corpore dissoluti: paralysis eni grece latine dicit dissolutio. Sequitur: Et curauit eos. CHRY. super matth. Cum in quibusdā locis dicatur: Multos curauit: hic simplicit dicit: Et curauit eos. signans q̄ oēs curauit. Sicut ⁊ nouitius medicus intrans ciuitatē: omnes ad se venientes curat: ppter suam opinionē cōmendandā. CHRY. in homi. A nullo autē eorum fidē exquisiuit: qm nondū virtutis sue demonstrationē dederat: ⁊ in aduenienda ⁊ ferendo a longe non paruā ostenderant fidem. Sequit: Et secute sunt eum turbe multe. RABA. Que quadripartite sunt: alij ppter celeste magisterū vt discipuli: alij ob curationē infirmitatū: alij sola fama ⁊ curiositate: volentes experiri an verꝫ esset quod dicebat: alij per inuidiā volentes eum in aliquo capere ⁊ accusare. Mystice autē syria interpretatur elata: galilea volubilis vel rota. i. diabolus ⁊ mundus qui ⁊ superbus ē: ⁊ ad ima semper rotatur: in quo fama christi per predicationē inotuit. demoniaci eni sunt idolatre: lunatici: instabiles: paralytici: pigri: ⁊ dissoluti. GLO. Turbe aūt que sequūtur dōm sunt de ecclesia: que spiritaliter est galilea transmigrās ad virtutes. Et decapolis. x. precepta seruās i hierosolyma ⁊ iudea: quā visio pacis ⁊ cōfessio illustrat. Et trans iordanem q̄ baptismo transito terram pmissionis intrat.

Hierony. b.

REMI. Vel sequūtur dōm de galilea. i. de volubilitate mundi. ⁊ decapoli que ē regio. x. vrbiū: ⁊ significat decalogi transgressores. Et de hierosolyma: quia. s. prius innoxia pace detinebantur. Et de iudea. i. de cōfessione diabolica. Et de trans iordanem: quia ꝑus erant in paganismo constituti: sed transeuntes per aquaꝫ baptismi venerūt ad christum.

CAP. V.

Videns autem iesus turbas: ascendit in montem: ⁊ cum sedissit accesserunt ad eum discipuli eius: ⁊ aperiens os suum docebat eos dicēs: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum.

¶ CHRY. super matth. Omnis artifex fm pfessionem suā opportunitatē operis videns gaudet. Carpentarius eni si viderit arborē bonam cōcupiscit eam precidere ad opus artificij sui. Et sacerdos cū viderit ecclesiam plenam: gaudet animus eius: ⁊ delectat vt doceat. Sic ⁊ dominus videns magnā congregationē populi: excitatus est ad docendū. vnde dicit: Videns aūt turbas iesus ascēdit in montem. AVGV. de concor. euāge. Vel hic pōt videri multas turbas vitare voluisse: ⁊ ob hoc ascēdisse in montē: vt solis discipulis loqueret. CHRY. in ho. Per hoc aūt q̄ non in ciuitate ⁊ foro: sed in monte ⁊ solitudine sedit: erudiuit nos nihil ad ostentationē facere: ⁊ a tumultibus abscedere: ⁊ maxime cū de necessarijs disputare oporteat. REMI. Hic eni sciendū ē q̄ tria refugia legitur dōs habuisse: nauim: montez: ⁊ desertum: ad quorū alterum quotiens cūq̄ a turbis oppimebat: conscendebat. HIERO. Nōnulli aūt simpliciorum fratrū putant dōm ea que sequuntur in oliueti monte docuisse: quod nequaq̄ ita est. Ex precedentib⁹ eni ⁊ sequentibus in galilea mōstratur locus quē putamus esse vel thabor vel quēlibet alium montem excelsū. CHRY. sup matheum: Ascendit autem in montē: primo q̄dem vt impleret prophetiaz Esaie dicentis: Super montē ascende tu. deinde vt ostendat quoniā in altitudine spiritaliuz virtutum consistere dicitur: qui docet dei iusticiam parit ⁊ q̄ audit. nemo eni potest in valle stare ⁊ de mōte loqui. Si in terra stas: de terra loquere. Si aūt de celo loqueris: in celo consiste. Vel ascendit in montē vt ostendat q̄ omnis qui vult discere mysteria veritatis: in montē ecclesie debet ascēdere: de quo, pphēta: Mons dei: mons pinguis

HILA. Vel ascendit in montē quia in paterne maiestatis celsitudine positus celestia vite precepta constituit.

AVG. de sermone dōi in monte: Vel ascendit in montem: vt significet quia minora erant precepta iusticie: q̄ a deo data sunt per, pphetas populo iudeorū quem timore adhuc alligari oportebat. Per filiū autem suū maiora pplo quem charitate iam conuenerat liberari. Sequitur Et cum sedisset: accesserūt ad eum discipuli eius. HIE. Ideo aūt non stans: sed sedēs loquitur: quia nō poterat eum intellegere in sua maiestate fulgentem. AVGV. de sermone dōi in monte: Vel q̄ sedēs docebat: pertinet ad dignitatem magistri. Accesserūt autem ad eū discipuli eius: vt audiendis verbis illius hi essent in corpore vicinores: qui preceptis implendis animo appropinq̄bāt

RABA. Mystice aūt sessio dōi incarnatio eius est: q̄ nisi dōs incarnatus esset: humanū genus ad eū accedere nō potuisset. AVG. de concor. euange. Mouet aūt q̄ matheus in monte dicit hunc habituz esse sermonem a dōo sedente: lucas aūt in loco campestri a dōo stāte. Hec igit diuersitas facit videri aliū fuisse illū: aliū istū. Quid eni, phibet christū quēdā alibi repetere que ante iā dixerat: aūt iterū facere: que ante iam fecerat: Quāq̄ etiā possit illud occurrere in aliq̄ excellentiori parte montis: primo cum solis discipulis dōm fuisse: quando ex eis duodecim elegit: deinde cum eis descendisse non de monte: sed de ipsa montis celsitudine in campestrez locū. i. in aliquam equalitatem que in latere mōtis erat: ⁊ multos capere poterat: atq̄ ibi stetisse donec ad eū turbe congregarentur: ac postea cum sedisset accessisse, ppinquius discipulos eius: atq̄ ita illis ceterisq̄ turbis presentibus vnū habuisse sermonem: quē matthe⁹ lucasq̄ narrant diuerso narrandi modo: sed eadem veritate rerū. GREG.

quarto

quarto mora. Sublimia aut pcepta dño in monte dictu ro premittit: Et aperies os suu docebat eos qui oudum aperuerat ora pphetarū. REMI. Ubicūq; aut legitur dñs aperuisse os: inspiciendu ē quia magna sunt que sequuntur. AVG. de sermone dñi in mōte: Uel dicit: Aperiens os suu. vt ipsa mora cōmendet aliquāto longiorē futurū eē sermonem. CHRY. in homi. Uel hoc dicit vt discas quoniā nūc quidē docebat os aperiens in loquendo: nūc aut vocem que est ab operibus emittens.

AVG. in sermone dñi in mōte: Siqs aut pie sobrieq; cōsideraverit: inveniet in hoc sermone quātū ad mores opportunos ptinet perfectum ⁊ vite christiane modum vnde sic ipse sermo ꝓcluditur: Omis qui audit verba mea hic ⁊ facit ea: similabo eū viro sapienti. AVG. ix. de ciuitate dei: Nulla aut ē causa philosophandi nisi finis boni. q̄ aut beatū facit: ipse est finis boni. Et ideo a beatitudine incipit dicens: Beati pauperes spiritu. AVG. in sermone dñi in monte: Presumptio quidē spus audaciā ⁊ supbiam significat. vulgo etiam magnū spiritū superbi habere dicūtur: ⁊ recte. nam spiritus ventus vocat: quis vero nesciat supbos inflatos dici quasi vēto distentos. Quapropter recte hic intelligitur: Paupes spiritu humiles ⁊ tumentes deū. i. nō habētes inflātē spm̄. CHRY. in ho. Uel spm̄ hic elationē ⁊ animū dicit. q̄ eni sūt multi humiles nolētes rerū necessitate coacti: nō est laus. vñ illos beatificat: qui se ex electiōe humiliāt. Ideo aut hic incipit radicitus euellēs supbiā: q: hec fuit radix ⁊ fons malicie vniuerse: contra quā ponit humilitatē: velut qōdam stabile fundamentū: qua subiecta cū stabilitate alia supedificant. hac aut destructa: pereūt quecūq; cōgregaueris bona. CHRY. sup matth. Ideo aut dixit manifeste: Beati humiles spū. vt sic humiles ostendāt: vt semp adiutoriū dei sint meditātes. vñ in greco dicit: Beati mēdici vel egeni. Sunt eni multi naturalit humiles ⁊ nō ex fide qui nō pulsant adiutoriū dei: sed solū qui fm fidem sūt humiles. CHRY. in homi. Uel q: paupes spū hic dicit formidantes ⁊ trementes dei iussiones: quō dñs p Esaiaz cōmēdat. Quid aut ampli' q̄ simplicit humiles? Humiliū eni hic quidē mediocriter est: hic aut supabundant. AVGV. Superbi ergo appetāt regna terraruz: sed humiliū est regnum celorū. CHRY. super matth. Nam sicut cetera vitia deponunt ad inferos: maxime tñ supbia: sic ⁊ oēs virtutes inducūt in regnū celorū: maxime tñ humilitas: q: pprium ē vt qui se humiliat: exaltetur.

HIERO. Uel beati paupes spiritu: qui. s. ppter spm̄ sanctū voluntarie sūt pauperes. AMBRO. de offi. Inde aut incipit beatitudo iudicio diuino: vbi erūna estimatur humano. GLO. Paupibus aut in presenti cōuenienter pmittūtur diuitie celi.

¶ Beati mites: quoniā ipsi possidebunt terrā.

¶ AMBRO. super lucā: Cum simplicitate ꝓtent' fuero inops: supest vt mores meos temperē. Quid eni mihi pdest carere secularibus: nisi fuero mitis? Cōgrue igitur sequit: Beati mites. AVG. Mites sūt qui cedūt impobitatib': ⁊ non resistūt in malo: sed vincunt in bono malum. AMBR. super lucā: Mitiga ergo affectū tuū vt nō irascaris: aut certe iratus ne peccaueris. Preclarū ē eni motum temperare cōsilio. nec minoris virtutis dicitur pbibere iracundiā q̄ omnino nō irasci: cū plerūq; istud leuius: hoc forti' estimet. Rixent igitur imites ⁊ dimicent p terrenis ⁊ tēporalibus rebus. Sed beati mites qm̄ ipsi hereditabūt terrā: de qua euelli non possunt. illā inquā terrā de qua in psalmo dr: Portio mea in terra viuentiū. Significat eni quandā stabilitatē hereditatis petue: vbi aia p bonū affectū tanq; loco suo requescit: sic corpus in tra. Et inde cibo suo alit: sic corp' ex tra: ipsa est reques ⁊ vita scōr. CHRY. sup mat. Uel tra hic sic qdam dicunt: q̄ diu ē i hoc statu terra mortuor ē: q: vanitati subiecta est. cū aut liberata fuerit de corruptiōe fit terra viuor vt mortales hereditēt imortalē. Alterum exponentē legi quasi celū in quo habitaturi sūt sancti dicat terra viuorū: qō q̄tum ad inferiorē regionē celū est: q̄tū aut ad superi' celū dicit terra. Alij dicūt q: corp' nostrū terra ē: ⁊ q̄diu subiacet morti: terra ē mortuorū. Cū aut fuerit cōformē factū gloriē corpis christi: erit terra viuorū. HILA. Uel hereditatē terre mitibus dñs pollicet idest eius corpis qō ipse assūpsit habitaculū: q: p māsuetudinē mentis nre habitat christ' in nobis: nos q̄z clarificati corpis eius gloria vestiemur. CHRY. in homi. Uel alit: christus hic spiritalibus sensibilia ūmiscuit: qm̄ eni estimatur qui mitis ē oia sua pdere: cōtrariū pmittit dicens: q̄ cum stabilitate sua possidet: qui nō est pteru' qui aut aliter est: multotiēs animā ⁊ hereditatē paternā perdit. Quia vero ppheta dixerat: Mansueti hereditabunt terrā: a consuetis verbis cōtexit sermonē. GLO. Mites etiam q̄ seipsos possederūt: hereditatē patris i futuro possidebunt. plus aut est possidere terrā: q̄ hāc regnū celorū: multa eni habemus: que stati amittimus.

¶ Beati qui lugent: quoniam ipsi cōsolabunt.

¶ AMBR. super lucā: Cum hoc feceris: vt. s. sis paup ⁊ mitis: meméto q: peccator es: lugeto pctā. vñ sequitur Beati qui lugent. Et bene tertia bñdictio ē peccata deflentis: quia trinitas ē: que peccata cōdonat. HILA. Lugētes eni hic dicūtur nō orbitates: aut ptumelias: aut dāna merentes: sed pctā vetera flentes. CHRY. sup matth. Et qui sua q̄dē peccata lugēt: beati sūt: sed mediocrit: beatiores aut sunt: qui aliena lugent peccata: tales conuenit esse oēs doctores. HIE. Luctus eni hic non mortuorum ponit cōmuni lege nature: sed peccatis ⁊ vitijs mortuorum. Sic fleuit samuel saulē: ⁊ paulus eos q̄ post immunditiam pniam nō egerūt. GHRY. sup matth. Cū aut consolatio sit lugentiū: cessatio luctus: q̄ sua pctā lugent: ꝓsolabunt indulgentiā ꝓsecuti. CHRY. in ho. Et tz talib' sufficiat venia frui: nō terminat retributionē in peccatorū remissionē: sed ⁊ multaz facit participes cōsolationū: ⁊ hic ⁊ in futuro. Semp eni maiores laborib' de' dat retributiones. CHRY. sup matth. Qui vo aliena pctā lugent consolabūtur: qui cū in seculo illo, puidentia cognouerint dei: ⁊ intellexerint: q̄ q̄ petierūt non fuerūt dei: de cuius manu nemo rapere pōt: de eis luctu derelicto in sua beatitudine letabunt. Uel alit: AVG. in ser. dñi in monte. Luctus ē tristicia de amissiōe charorū. Conuersi aut ad deū ea que in hoc mūdo chara habebāt amittūt. non eni gaudēt his rebus qb' añ gaudebāt: ⁊ donec fiat in illis amor eternor: nōnulla mesticia sautiant. Cōsolabūtur q̄ spūscō qui maxime pptereа paraclitus notatur. i. ꝓsolator: vt tpalē amittentes cēna leticia pfruāt. Et iō dicit: Qm̄ ipsi ꝓsolabūtur. GLO. Uel p luctū duo genera cōpunctionis intelligūtur. s. p miseriis hui' mundi ⁊ p desiderio celestiū. vñ filia Caleph petiuit irriguū superius ⁊ inferi'. huiusmōi aut luct' nō hz nisi paup ⁊ mitis: q̄ cū mundū non diligat: q̄ miser est recognoscit: ⁊ iō celū cōcupiscit. ꝓuenient ergo lugētibus pmittit consolatio: vt q̄ tristatus est in pnti: gaudeat in futuro. Maior ē aut retributio lugentis q̄ paupis ⁊ mitis. plus eni ē gaudere in regno q̄ hāc ⁊ possidere: multa eni cū dolore possidemus. CHRY. in ho. Notandū aut q̄ hāc beatitudinē cum intentiōe quadā ppositit: iō non dixit: Qui tristant: sed Qui lugēt. in quo etiā pfectiōis sapientie magisteriū dedit. Si eni qui filios vel alios defūctos lugent: fm illud tps non desiderāt pecuniā nec gliam: nec conuitijs exacuūtur: neq; aliqua alia passiōe capiunt: multo magis hec seruare debent: qui lugēt sua peccata.

¶ Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iusticiaz: quoniā ipsi saturabuntur.

Hieron. b.

Hieron. a.

AMBRO. sup lucā: Postq̃ delicta defleuit: esurire cipio ⁊ sitire iusticiam. Æger enī cū in graui morbo ē: nō esurit. vñ seq̃t: Beati qui esuriūt ⁊ sitiunt iusticiā. HIE. Hieron. a. Nō nobis sufficit velle iusticiā: nisi iusticie patiamur famē: vt sub hoc exēplo nunq̃ nos satis iustos: sed semper esurire iusticie opa intelligam. CHRY. sup mat. Qm̃ omne bonū qd nō ex amore ipsius boni fiūt hoies: ingratū est añ deū. Esurit aūt iusticiā qui fm iusticiam dei desiderat cōuersari. sitit aūt iusticiā qui scientiā eius acquirere cupit. CHRY. in ho. Iusticiā aūt dicit vel vniuersalē vel particularē auaricie ꝓtrariā. Quia enī de misericordia dicturus erat: pmōstrat qualiter misereri oportet: q: nō ex rapina neq̃ ex auaricia. vnde etiā qd ē auaricie ppriū. s. esurire ⁊ sitire: iusticie attribuit. HILA. Sitiētibus aūt ⁊ esurientib̃ iusticiā beatitudinē tribuit significans extensam in dei doctrinā scōr̃ auiditatē: pfecta in celo satietate repleri. Et hoc ē qd dicit: Qm̃ ipsi saturabūt. CHRY. sup matth. s. largitate remunerantis dei: qm̃ maiora erūt premia dei q̃ sanctorū desideria.

AVG. Vel illo cibo saturabūtur in ꝑsenti de quo dñs dicit: Meus cibus ē: vt faciā voluntatē patris mei: qd ē iusticia. ⁊ illa aq̃ de qua qsq̃ biberit: fiet ei fons aque salientis in vitā eternā. CHRY. in ho. Vel in hoc terrenum premiū determinat: q: enī estimatur auaricia abundantes facere: ipse cōtrariū dicit: q̃ iusticia hoc operat. Qui enī iusticiam cupit: omnia cum stabilitate habet.

¶ Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequenter.

GLO. Iusticia ⁊ misericordia ita cōiuncte sunt vt altera ab altera debeat temperari. iusticia enī sine misericordia crudelitas est: misericordia sine iusticia dissolutio. vñ de misericordia post iusticiā subdit dicens: Beati misericordes. REMI. Misericors dr̃ quasi miserū habens cor: quia alterius miseriā quasi suā reputat: ⁊ de malo alterius quasi de suo dolet. HIER. Misericordia hic nō solū in elemosynis intelligitur: sed in omni peccato facti si alter alterius onera portemus. AVG. Beatos autē dicit eē qui subueniūt miseris: qm̃ eis ita rependitur: vt de miseria liberent. vñ seq̃tur: Qm̃ ipsi misericordiā ꝓsequētur. HILA. Intantū enī deus beniuolētie nostre in oēs delectatur affectu: vt suā misericordiā sit solis misericordibus ꝑstatus. CHRY. in ho. Videt aūt esse eq̃lis retributio: sed est multo maior: non enī ē eq̃lis hamana misericordia ⁊ diuina. GLO. Merito ergo misericordibus misericordia ipendit: vt plus accipiāt q̃ meruissent. ⁊ sicut plus recipit q̃ vltra saturitatē hz: q̃ ille qui hz tm̃ ad saturitatē: sic maior est glia misericordie q̃ ꝑcedētiū.

¶ Beati mundo corde: qm̃ ipsi deū videbunt.

AMBR. Qui misericordiā defert misericordiā amittit: nisi mūdo corde misereat. Nā si iactantiā q̃rit: nullū ē fructus. vñ seq̃tur: Beati mūdo corde. GLO. Cōueniēter aūt sexto loco ponit cordis mūdicia: q: sexto die hō ꝓditus ē ad imaginē dei: q̃ quidē obtenebrata erat in homine p culpā sed in ímūdis cordib̃ reformat p grām. Merito aūt post ꝑdicta seq̃tur: q: nisi illa ꝑcedāt mundū cor in hoie nō creat. CHRY. in ho. Mūdos aūt h̄ ait vel eos q̃ vniuersalē virtutē possidēt: ⁊ nullī sibi malicie cōscij sunt: vel eos q̃ in tēperantia ꝓsistūt: que maxie necessaria ē ad videndū deum: fm illud pauli: Pacē psequimini cū oibus ⁊ sanctimoniā: sine q̃ nemo videbit deū. Quia enī multi miserentur qdē: sz ipudica agūt: mōstrās q̃ nō sufficit ꝑmū. s. misereri: hoc de mūdicia apposuit. HIE. Hierō. a. Mūdus aūt deus a mūdo corde conspicit. Tēplū. n. dei non pōt aūt ollutū. Et hoc ē quod dr̃: Qm̃ ipsi deū videbūt. CHRY. sup matth. Qui. n. oēm iusticiā facit ⁊ cogitat: mentes sua deū videt: qm̃ iusticia figura ē dei: de̊. n. iusticia ē. Secūdū ergo q̃ aliq̃s eripuerit se a malis ⁊ fecerit bona: fm hoc deū videt aut parū aut ampliū̃ aut indum aut semp fm possibilitatē humanā. In seculo aūt illo mūdi corde deū videbunt facie ad faciē: nō in speculo ⁊ in enigmate sicut his. AVG. in ser. dñi in mōte. Stulti aūt sunt qui deū videre istis exteriorib̃ oculis q̃runt: cū corde videat: sicut alibi scriptū ē: In simplicitate cordis querite illū: hoc enī est simplex cor qd mundū cor. AVG. vlti. de ciui. dei: Si aūt tantū poterūt in corpore spiritali oculi etiā ipsi spiritales q̃tū pñt isti q̃les nunc habemus: pculdubio per eos deus videri non poterit.

AVG. in pmo de trini. Hec aūt visio merces ē fidei: cui mercedi p fidē corda mūdant: sicut scriptū ē: Mūdans fide corda eorū. hoc aūt, pbatur illa maxie snia: Bti mundo corde: qm̃ ipse deū videbunt. AVG. sup ge. ad lrā. Nemo aūt videns deū viuit vita ista: qua mortaliter viuit ⁊ istis sensibus corpis. Sed nisi ab hac vita qsq̃ fuerit ditus moriatur: siue oino exiens de corpe: sine ita alienatus a carnalib̃ sensibus vt merito nesciat: sic ait apls: vtrum in corpore an extra corp̃ sit: non in illā subuehit visionem. GLO. Maiorē aūt remunerationē isti habēt q̃ primi sicut qui in curia regis non solum prandet: sed etiam faciem regis videt.

¶ Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntur.

AMBR. sup lucā: Cum interiora tua vacua feceris ab omni labe pcti: ne dissensiōes ꝓtentionesq̃ ex affectu tuo ꝑdeant: a te pacē incipe: vt sic pacem alijs feras. vñ sequit: Beati pacifici. AVG. xix. de ciui. dei: Est aūt pax tranqllitas ordinis. Ordo aūt est pariū disparium q̃ sua loca tribuens dispositio. Sicut aūt nemo ē qui gaudē nolit ita nemo est q̃ pacē habere nolit: qñquidē ipsi qui bella volunt: nihil aliud q̃ ad glīosā pacē cupiunt belliādo puenire. HIER. Pacifici aūt dicunt beati q̃ primū i corde suo: deinde ⁊ inter fratres dissidentes faciūt pacē. Quid enī pdest alios p te pacari: cū in tua aia sint bella vitiorū. AVG. in ser. dñi in monte: Pacifici aūt in semetipsis sunt: q̃ oēs animi sui motus cōponentes ⁊ subijcientes rōni carnalesq̃ ꝓcupiscentias habētes edomitas fiūt regnum dei: in quo ita ordinata sūt omnia: vt qd ē in hoie ꝑcipuū ⁊ excellens: iperet ceteris reluctātib̃ que sūt nobis bestijsq̃ cōmunia: atq̃ idipsuz qd excellit in hoie. i. mens ⁊ rō subijciat pctōri qd est ipsa veritas filius dei. Neq̃ enī imperare inferioribus pōt: nisi superioribus subijciatur. Et hec est pax q̃ datur in terra hoibus bone volūtatis. AVG. in li. retrac. Non tñ cuiq̃ puenire potest in hac vita vt lex repugnans legi mētis oino non sit in mēbris. Sz hoc nunc pacifici agunt domando cōcupiscentias carnis: vt ad pacē plenissimā qñq̃ veniat. CNRY. sup matt. Pacifici aūt ad alios sunt: nō solū q̃ inimicos in pace reconciliāt: sed etiam illi qui ĩmemores malorum diligūt pacem. Pax enī illa beata est q̃ in corde posita ē. non tm̃ in verbis. Qui aūt pacem diligūt: filij sūt pacis. NILA. Pacificorū aūt beatitudo adoptiōis ē merces. Et ideo dr̃: Qm̃ filij dei vocabūt. Parēs enī omniū deus noster ē: neq̃ aliter transire in nūcupationē familie eius licebit: nisi fraterne inuicē charitatis pace viuamus. CHRY. in ho. Vel q: pacifici dicunt qui nec litigant: nec odiūt ad inuicē: sed ⁊ cōgregāt litigātes recte filij dei vocant: q: vnigeniti hoc est opus congregare dispersa: ⁊ pacificare ꝓtra se ꝑliantia. AVG. Vel q: in pace perfectio est vbi nihil repugnat pacifici filij dei dicunt: qm̃ nihil resistit deo. Et vtiq̃ filij dei similitudinē pacis debent habere. GLO. Maxima ergo dignitatē habent pacifici: sicut q̃ filij regis dr̃ in domo regia sūmus ē. Septimo aūt loco btitudo hec ponitur: q: in sabbato vere requiescet dabitur pax: sex etatibus transactis.

¶ Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiaz: qm̃ ipsorum est regnum celorum.

CHRY.

CHRY. in ho. Posita pacificorꝫ beatitudine ne aliqꝫ existimaret q̃ semp pacē sibi quercre sit bonum: subdit: Beati qui psecutionē patiunt, ppter iusticiā. hoc ē, ppter virtutē: ppter defensionē aliorꝫ: ppter pietatē. Iusticiam eni cōsueuit p omni virtute aie ponere. AVG. in ser. dñi in monte: Pace eni intrinsecus cōstituta ac firmata: quascūqꝫ psecutiōes ille q̃ foras missus ē: forinsecus pci tauerit: augerit: auget glīam que fm deū ē. HIERO. Signāter aūt addidit: Propter iusticiā. Multi. n. ppter sua pctā psecutionē patiunt: ⁊ nō sūt iusti. Simulqꝫ considera q̃ octaua vere circūcisiōis beatitudo martyrio terminet. CHRY. sup matth. Non aūt dixit: Beati qui a gentilib' psecutionē patiūtur: ne putes illū soluꝫ beatū q̃ psecutionē patitur, ppter idola nō colēda: ideo ⁊ ab hereticis psecutionē patiens, ppt veritatē non relinquendā beatus ē: qꝫ ppter iusticiā patitur. Sed ⁊ siqꝫ ex potentibus q̃ christiani vident: forsitan, ppt sua pctā correct' a te fuerit te psecutus: btūs es cū ioanne baptista. Si eni verū est q̃ pphete martyres sūt qui a suis occisi sūt: sine dubio qui ppter causā dei aliq̃d patiť: etsi a suis patitur mercedē martyrū hz. Et ideo nō posuit scriptura psonas psequentiū: sed solā cām psecutiōis: vt nō aspicias: quis te psequit: sed ppt quid. HILA. Sic ꝗ ad postremum eos in btitudine numerat: qbus oīa, p christo pati q̃ iusticia ē pronus affectus ē. Dis igit ⁊ regnū seruat: qꝫ in pte ptu seculi sūt paupes spū. vñ dicit: Qm̄ ipsorꝫ ē regnū celorꝫ. Vel octaua btitudo tanq̃ ad caput redit: qꝫ consūmatū pfectūqꝫ oñdit ⁊ pbat. Itaqꝫ i pma ⁊ i octaua noiatum est regnū celorū. septē eni sūt que pficiūt: nazꝫ octaua clarificat: ⁊ pfectū demonstrat: ⁊ p hos gradus pficiant ⁊ ceteri: tanq̃ accipiatur rursus exordiū. AMBRO. sup lucā: Vel aliter: Primū regnū celorꝫ scis ꝓpositꝫ est in absolutiōe corpis: secundū p' resurrectionē eē cū christo. Post resurrectionē tuā: terrā incipies tuā possidē ab solutus a morte: ⁊ in ipsa possessiōe psolationem repies. Cōsolationē sequtur delectatio: delectationē diuina miseratio: Cui aūt miseret dñs ⁊ vocat: ⁊ sic vocat' videt vocantē. Qui aūt deū viderit: in ius diuie generatiōis assumitur: ⁊ tūc demū q̃si dei filius celestis regni diuitiis delectat. Ille igit incipit: hic replet. CHRY. i ho. Ne aūt mireris si fm vnāquāqꝫ btitudinē regnū non audis: quia cū dicit: Cōsolabunt: misericordiā cōsequēt ⁊ cetera huiusmodi. Per hec vniuersa nihil aliud q̃ regnū celorꝫ occulte insinuat: vt nihil sensibile expectes. Neqꝫ eni btūs est q̃ in his coronat: que cū pñti vita discedūt. AVG. Diligenť aūt attēdend' ē numer' harū sniarū. his eni septem gradib' ꝓgruit opatio spūssci septiformis quā esaias describit. sed ille a sūmo: hic ab imo: qꝫ ibi docet fili' dei ad ima descensurus: hic hō de imis ad similitudinē dei ascensur'. In his ꝓpus est timor q̃ cōgruit hoīb' humilib': de qbus dī: Btī paupes spū. i. non alta sapiētes: sed timētes. Secūda ē pietas: que cōuenit mitib': q̃ eniꝫ pie querit: honorat: nō reꝑhendit: non resistit: qō ē mitem fieri. Tertia ē scia que cōuenit lugentib': q̃ didicerūt q̃b' malis nūc vincti sunt: q̃ q̃si bona petierūt. Quarta q̃ est fortitudo cōgruit esurientib' ⁊ sitientib': qꝫ desiderātes gaudiū de veris bonis laborāt: a terrenis cupiētes auerti. Quinta cōsiliū ꝓuenit misericordib': qꝫ vnicum remediū est de tātis malis eruī: dimittere aliis ⁊ dare. Sexta est intellectus: ⁊ cōuenit mūdis corde: q̃ purgato oculo pñt videre qō ocul' nō vidit. Septima ē sapiētia: que cōuenit pacificis: in qbus nullus motus ē rebellis: sz obtēperant spiritui. Unū aūt pmiū qō est regnuꝫ celorꝫ varie noiatū est. In pmo sic oportebat positū ē regnū celorꝫ qō est pfecte sapientie initiū: ac si diceret: Initiū sapiēti mor dñi. Mitibus hereditas tanq̃ testm̄ pzis cū pietate querentibus. Lugentib' cōsolatio tanq̃ scientib' q̃d amiserūt: ⁊ in qbus mersi sūt. Esurientib' saturitas tanq̃ refectio laborantibus ad salutē. Misericordib' misericordia tanq̃ optimo ꝓsilio vtentib': vt hoc eis exhibeat: qō exhibent. Mūdis corde facultas videndi deū tanq̃ purū oculū ad intelligenda etna gerentib'. Pacificis dei similitudinē. Et ista quidē in hac vita pñt cōplere: sicut cōplēta eē in apostolis credimus. nā quod post hāc vitā, promittitur: nullis verbis exponi potest.

¶ Beati estis cum maledixerint vobis hoīes ⁊ persecuti vos fuerint: ⁊ dixerint omne malū aduersū vos mentiētes, ppter me. Gaudete ⁊ exultate: quoniā merces vestra copiosa est in celis. Sic eni psecuti sunt, pphetas qui fuerūt ante uos. Hieronym. a.

¶ RABA. Supiores snias generalit̃ digerebat: iā incipit loqui pñtes compellās: predicēs eis psecutiones quas pro noie eius passuri erāt dicēs: Beati estis cū maledixerint vo. ho. ⁊ pse. vos fuerit. ⁊ dix. oē malū aduer. vos. AVG. Queri aūt pōt quid intersit qō ait: Cū vobis maledicēt: ⁊ dicent omne malū: cū maledicere hoc sit malū dicere? Sed alit̃ est maledictū iactatū cū ꝓtumelia corā illo q̃ maledicit: aliter cū absentis fama leditur. Persequ aūt ē vim iferre vel insidiis appetere. CHRY. sup matth. Si aūt verū est: qm̄ q̃ calicē aque porrexerit: merces eius nō perit: cōsequēter q̃ vel vni' leuissimi verbi iniuriā fuerit passus: vacu' nō erit a mercede. Ut aūt blasphematus sit btūs: duo ꝓuenire debēt: vt ⁊ mendaciter blasphemet: ⁊ ppter deū: alioqn si vnū defuerit: nō ē beatitudinis merces. Et iō dicit: Mētiētes, ppter me. AVG. Qō, ppter illos aditū puto q̃ volūt de psecutionibus ⁊ de fama sue turpitudinis gloriari: ⁊ iō dicere ad se ptinere christū: q̃ multa de illis dicūtur mala: cū ⁊ vera dicant qū ⁊ de errore illorꝫ dicunt. etsi aliqū falsa iactant: nō tū, ppter christū ista patiūt. GRE. sup eꝫechielem: Quid aūt poterit obesse si hoīes vobis derogent: ⁊ sola vos ꝓscia defēdat? Sz tū linguas detrahētiū sic nostro studio nō debemus excitare ne ipsi pereāt: ita p suā maliciā excitatas debemus equanimit̃ tolerare: vt nobis merituꝫ crescat. vñ ⁊ hic dī: Gaudete ⁊ exultate qm̄ merces vestra copiosa ē in celis. GLO. Gaudete mēte quidē: ⁊ exultate corpe: qꝫ merces vestra nō tū magna ē sicut aliorū: sed copiosa est in celis. AVG. Non hic celos puto dici supiores ptes huius visibilis mūdi: nō. n. merces vestra in rebus visibilib' collocanda ē: sz i celis dictū puto in spiritalib' firmamētis vbi habitat sēpiťna iusticia. Sentiūt ꝗ iā istā mercedē q̃ gaudēt spiritalib': sed ex oī pte pficiet: cū mortale hoc induerit imortalitatē.

HIE. Gaudere igitur ⁊ exultare debem' vt merces nobis in celestib' ꝓpareť. hoc qui vanā sectat glīaꝫ iplē nō pōt. CHRY. sup matth. Quia q̃tū aliqꝫ letat de laude hoiuꝫ: tātu de vitupatiōe tristat. q̃ vo glīaꝫ ꝓcupiscis i celo: obprobria nō timeas in terris. GRE. sup eꝫechiele: Aliqū tū detractores debem' cōpescē: nedū de nob mala disseminā eorꝫ q̃ audire nos ad bona poterāt corda inocentiū corrūpant. GLO. Nō solū aūt pmio sed etiā exēplo eos ad patientiā ꝓuocat: cū subdit: Sic eni ꝓsecuti sūt, pphas q̃ fuerūt añ vos. REMI. Magnā. n. psolationē accipit hō in tribulatiōe posit': duꝫ recordat passiones aliorū a qb' exēplū patiētie accipit: ac si dicēt Memētote qꝫ illi' vos estis apli: cui' ⁊ illi fuerūt, pphe. Hieronym. b.

CHRY. in ho. Sil' ⁊ insinuat coeqlitatē sui honoris ad patrē: ac si dicat: Sic illi, ppt patrem ita ⁊ vos, ppt me patiemi. Cū etiā dixit, pphas q̃ fuerūt añ vos: monstrat ⁊ ipsos pphas iā factos. AVG. Persecutionē aūt hic generalit̃ posuit: ⁊ in maledictis: ⁊ in laceratiōe fame.

¶ Vos estis sal terre. Qō si sal euanuerit: i quo salietur? Ad nihilum valet vltra: nisi vt mittat foras: ⁊ conculcetur ab hominibus.

CHRY. in ho. Quia excelsa pcepta discipulis dede-

rat: vt nõ diceret: q̃liter poterim⁹ ea seruare: eos laudib⁹ mitigat dicẽs. Vos estis sal terre. In quo monstrat q̃ necessario hec iniũgit. nõ enim p vestra vita aut p vna gente: sz p vniuerso mũdo vos mitto. ⁊ si alios mordẗes mala audiatis gaudete: hoc enim est op⁹ salis: mollia mordicare: q̃re alior maledictio nihil vobis nocet: sz ẗ testis vẗe vtuꝫ. HILA. Est hic ꝓpꝛietas q̃rẗda dictorꝫ: quã apostolorꝫ officiũ ⁊ ipsius salis nã mõstrabit. hoc igit i oẽm vsũ hũani generis effectũ incorruptionẽ corpib⁹ q̃b⁹ fuerit aspersũ impartit: ⁊ ad oẽm sensũ ꝑditi saporis aptissimũ ẗ. Apli aũt sũt rerũ celestiũ ꝑdicatores: ⁊ eternitatis velut satores: merito sal terre nũcupati: qꝛ p vtutẗ doctrine q̃si saliẗes eternitati corpa seruãt. REMI. Sal etiã p aquã ⁊ ardorẗ solis ⁊ p flatũ ventũ in natura alterã cõmutat: sic ⁊ aplici viri p aquã baptismi ⁊ ardorẗ dilectionis ⁊ flatũ spũsci in spiritalẗ regenerationẽ cõmutati sũt Sapiẗia etiã celestis p aplos ꝑdicata exiccat humores carnaliũ operũ: aufert fetorẗ: ⁊ putredinẽ male ꝓuersationis: ⁊ vermẽ libidinose cogitatiõis: ⁊ illũ de quo diẽ prophetat: Vermis eorꝫ nõ morit. REMI. Sũt apli sal terre. i. hoiũz terrenorꝫ q̃ amãdo terrã tra vocãt. HIER. Vel apli sal ẗre appellant: qꝛ per illos vniuersuz hoiuz ꝑditur genus. CHRY. sup matth. Doctor. n. cũ fuerit oibus ꝑdictis vtutib⁹ ornatus: tũc ẗ q̃si optimũ sal ⁊ tot⁹ ppls de illo cõdit: videẗdo cum ⁊ audiẗdo. REMI. Et sciendũ qꝛ nullũ sacrificiũ offerebat deo i veteri testamẽto nisi ꝑius cõdiret sale: qꝛ nullus põt laudabile sacrificiũ deo offerre absq̃ sapore celestis sapie. HILA. Verũ qꝛ cõuersiõi hõ subiacet: iõ aplos sal ẗre nũcupatos monet in tradite sibi ꝑtãtis virtute ꝓsistere: cum subdit: Q si sal euanuerit: in quo saliet? HIER. i. si doctor errauerit quo alio doctore emẽdabitur? AVG. Et si vos p q̃s ꝑdiẽdi sũt ppli metu ꝓsecutionũ ꝑtaliũ: amiseritis regna celorum: q̃ erũt hoies per quos vobis error auferatur? Alia lra hz: Si sal infatuatũ fuerit oñdens fatuos eẗ iudicãdos q̃ ꝑtaliũ bonorũ vel copiã secãtes vel inopiaz metuẗes amittũt eterna: q̃ nec dari põt ab hoib⁹ nec auferri. HILA. Si aũt doctores infatuati nil saliãt: ⁊ ipi sensũ accepti saporis amisso vinificare nõ põt corrupta reddũt inutiles. vñ sequtur: Ad nihi va. vltra nisi vt mitt. fo. ⁊ pcul. ab hoib⁹. HIER. Exẗplũ de agricultura scriptũ ẗ. Sal. enim vt in ꝑdimentũ cibor ⁊ ad siccãdas carnes necessariũ ẗ: ita aliũ vsũ nõ hz. Certe legim⁹ in scripturis vrbes q̃sdã ira victor sale seminatas vt germẽ nullũ in ipsis oriret. GLO. Postq̃ q̃ illi qui capita sũt aliorũ defecerint nulli viui apti sũt: nisi ad hoc vt mittant foras ab officio docẽdi. HILA. Vel etiã de eccl'ie prompturũs ꝓiecti pedib⁹ incedentiũ ꝓterant. AVG. Non aũt calcat ab hoibus: q̃ patiẗ ꝓsecutionẽ: sed q̃ ꝓsecutionẽ timẽdo infatuat. Calcari enim nõ põt nisi inferior. inferior aũt nõ est: q̃ q̃uis corpe multa in terra sustineat: corde tũ in celo fixus est.

¶ Vos estis lux mũdi. Non põt ciuitas abscõdi supra montẽ posita: neq̃ accẽdũt lucernã ⁊ ponũt eã sub modio: sz sup candelabrũ: vt luceat oibus q̃ in domo sũt. Sic luceat lux vestra coramhominibus vt videant opera vestra bona: ⁊ glorificent patrem vestrum qui in celis est.

CHRY sup matth. Sicut doctores ꝓpẗ bonã cõuersationẽ sũt sal quo ppls cõdit: ita ꝓpter vbũ doctrine sũt lux qua ignorãtes illumináẗ. ꝑius aũt ẗ bñ viuere: q̃ bñ docere: ⁊ iõ postq̃ aplos dixerat sal: ꝓnter vocat eos lucem dicẽs: Vos estis lux mũdi. Vel qꝛ sal in eo statu tenet rẽne ad deteri⁹ mutet: lux aũt ad meli⁹ ꝑducit illustrãdo: ꝓpter qõ apli dicti sũt ꝑius sal, ꝓpẗ iudeos: ⁊ ꝓpẗ populũ christianũ a q̃bus de⁹ cognoscit: quos seruãt in dei scia: lux aũt ꝓpter gẽtes q̃s ad scie lumẽ ꝑducũt. AVG. Oportet aũt hic mũdũ nõ celũ ⁊ terrã: sz hoies q̃ sũt in mũdo intelligi: vel q̃ diligũt mũdũ: q̃b⁹ illuminãdis apli missi sũt. HILA. Natura enim lumis ẗ vt lucez quocũq̃z circũferaẗ emittat: illatũq̃z edib⁹ tenebras interimat: luce illumináẗ. Igit mũdus extra cognitionẽ dei posit⁹ obscurus: tenebraẗ ignorãtie tenebris: cui p aplos scie lumẽ inuehit: ⁊ cognitio dei dareẗ: ⁊ de puis corũ corpusculis quocũq̃z incesserint: lux tenebris ministratur. REMI. Siẗ aũt sol dirigit radios suos: ita ⁊ dñs q̃ ẗ sol iustiẗe direxit aplos suos ad effugãdas hũani generis tenebras. CHRY. in ho. Intellige aũt q̃ magna eis ꝓmittit: vt q̃ in regiõe ꝓpria cognitũ nõ erãt: ad fines orbis terrarũ eorꝫ veniret fama: nec ꝓsecutiões q̃s ꝑdixerat eos potuerũt occultare: sed ꝓpter hoc magis ꝓeclari reddũtur.

HIERO. Quanuis duro corde iudei propter incredulitatē essent: tamen intelligebant contra se omnes domini sententias dirigi. vnde dicitur: Et cum audissent prin. sacerd. ⁊ phari. parabo. eius: cogno. q̄ de ipsis diceret. CHRY. super matth. Hec est autem differentia bonorum hominum ⁊ malorū. Bonus enīz comprehensus in peccato: gemit quia peccauit: malus autem fremit: nō q̄ peccauit: sed q̄ comprehensus est in peccato: ⁊ non solū penitentiam non agit: sed magis aduersus corripientem irascitur. vnde ⁊ isti comprehensi: magis ad maliciā sunt excitati. Sequitur enim: Et querentes tenere eum timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant. ORIGE. Sapiunt quidem aliquid de eo quod verū est prophetam eum estimantes: non autem magnitudinem eius intelligunt fm quod erat filius dei. Turbas autem sic sapiētes de eo: ⁊ paratas pro eo pugnare timent principes: neqz ad eorum scientiam pertingere possunt: nihil dignum sentientes de eo. Deinde sciendum ē: quoniā volentium iesum tenere differentia ē. Aliter enim principes ⁊ pharisei querebant eum tenere: aliter sponsa que dicit: Tenui eum: nec dimittam. adhuc enim tentura melius sicut dicit: Ascendam in palmam ⁊ tenebo altitudinez eius Omnes enīz non recte sapientes de diuinitate tenere volunt iesum ⁊ perdere eum. Et alia quidē verba preter verbuz christi possibile est comprehendere ⁊ tenere. Uerbū autem veritatis nemo potest cōprehendere. i. intelligere neqz tenere. i. cōuincere: neqz separare a sensu credentiū neqz mortificare. i. destruere. CHRY. sup matthe. Qis etiam homo malus quantū ad voluntatem suā ⁊ manus mittit in deum ⁊ occidit eum. Qui enim precepta dei cōculcat: qui murmurat contra deum: ⁊ turbato vultu aspicit celum: nonne si fieri potuisset manus mitteret in deuz ⁊ occideret eum: vt iam licenter peccaret. RABA. Sz tamen q̄ timent mittere manum in iesum propter turbā quotidie in ecclesia geritur: cum quilibet solo noie frater fidei ⁊ pacis vnitatē quā nō diligit: ꝓpter bonos cohabitantes vel erubescit impugnare vel timet. CA. XXII.

Et respondens iesus dixit iteruz i parabolis eis dicens. Simile factum ē regnū celorum homini regi: qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebant venire. Iteruz misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis: Ecce prādiū meū parauī: tauri mei ⁊ altilia occisa sūt: ⁊ oia parata: venite ad nuptias Illi aūt neglexerūt: ⁊ abierunt: aliꝰ i villam suā: aliꝰ vero ad negociationez suam. Reliqui vero tenuerūt seruos eiꝰ: ⁊ ꝓtumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audisset iratꝰ ē: ⁊ missis exercitibus suis pdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatē illoꝝ succēdit. Tūc ait seruis suis: Nuptie quidē pate sunt: sed qui inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viaꝝ ⁊ quoscunqz inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias ꝛgregauerūt oēs quos inuenerunt malos ⁊ bonos: ⁊ iplete sūt nuptie discūbentiuz. Intrauit aūt rex vt videret discūbētes: ⁊ uidit ibi hoiez non vestitū veste nuptiali: Et ait illi: Amice qūo huc intrasti non hās vestez nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ eius mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Multi autem sunt vocati pauci vero electi.

CHRY. i ho. Quia dixerat: Dabit genti faciēti fructus eius hic ostendit cui genti. vnde dicitur: Et respondens iesus dixit iteruz in parabolis eis dicens: Simile fac. ē regnum celorum. GLO. Dicit autez: Respondens idest obuians praue cogitationi eorum de morte sua. AVG. de con. euange. Parabolam autem istam solus matheus narrat: simile quidem etiam lucas cōmemorat: sed nō est hoc: sicut ⁊ ipse ordo indicat. GRE. in ho. Dic pernuptias pñs ecclesia: illic per cenam eternum ⁊ vltimum cōuiuiuz designatur. q̄ ⁊ in hanc nonnulli exituri intrant: ad illud quisquis semel intrauerit vlterius non exibit. At siquis forte contendat hanc eandem esse lectionem: intelligi forsitan potest: quia de pjecto eo qui nuptiali veste non intrauerat: quod lucas tacuit Matheus dixit. q̄ vero per illum cena: per hunc autem prandium dicit: ne quaq̄ obsistit: quia cū ad horam nonam apud antiquos prandium fieret quotidie ipsum quoqz prandiū cena vocabatur. ORI. Regnum autez celorū simile est fm eum quidez qui regnat homini regi: fm eum autem qui conregnat filio regis: fm ea vero que sunt i regno regis: seruis ⁊ inuitatis ad nuptias. Inter quos est ⁊ exercitus regis. Additum est autez homini regi: vt hominibus quasi homo loquatur: ⁊ dispensat homines non cupientes dispensari a deo. Sed tunc cessabit regnum celorum esse simile homini: cuz cessante celo ⁊ contentione ⁊ ceteris passionibus ⁊ peccatis cessauerimus fm hominez ambulare: ⁊

videbimus eũ sicuti ē: Nũc.n. videmus eũ nõ sicuti est: sed sicuti ꝑp nr̃az diſpẽſationẽ fact⁹ fuerit nobis. GRE. in ho. Tũc aũt deus pĩ deo filio nuptias fecit qñ hunc in vtero virginis humane nãe cõiunxit. Sz q̃ ex duab⁹ ꝑsonis fieri solet nuptiaꝝ cõiunctio: absit hoc ab itellectibus nr̃is: vt ꝑsonã redẽptoris nr̃i ex duab⁹ ꝑsonis credamus eẽ vnitã. Ex duab⁹ quippe atq; ĩ duab⁹ hũc naturis existere dicim⁹: sz ex duab⁹ ꝑsonis credere ꝓpositũ vt ne phas vitam⁹: Securius ꝯ dici põt: q̃ ĩ hoc rex pĩ regi filio nuptias fecit q̃ ei p icarnatiõis mysteriũ scãm eccl'az sociauit. Uterus aũt genitricis virginis hui⁹ spõsi thalamus fuit. CHR. sup mat. Uel alit: Cũ resurrectio fuerit facta sancto ꝯ tũc suscipiet hõiez vita q̃ ē xp̃s: mortalitatẽ eius sua mortalitate absorbẽs. Nũc.n. q̃si arras futuri ꝓiugũ spũmsanctũ accipim⁹: tunc aũt ipsuz xp̃z plenius in nobis habebim⁹. ORI. Uel ꝓiunctionẽ spõsi ad ꝓnsam. i. xp̃i ad aĩam verbi susceptionẽ itellige: partus aũt opera bona. HILA. Merito aũt a pĩc iã sunt be nuptie facte: q̃ eternitatis hui⁹ societas: ⁊ noui corporis despõsata cõiunctio habet iã pfecta ĩ xp̃o. Sequit: Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ noluerũt venire CHRY. sup mat. Ergo qñ misit seruos suos iã inuitati prius erãt. Inuitati sũt.n. hõies a tpe abrae cui christi incarnatio ꝓmittebat. HIE. Misit aũt seruũ suũ: nec dubiũ q̃n moysen p quẽ lege inuitatis dedit. Si aũt seruos legerimus: vt plura hũt exẽplaria: ad ꝓphetas referẽdũ ē q̃ inuitati p eos venire cõtẽpserunt. Sequit: Iterꝝ misit alios seruos dicẽs: Dicite inuitatis. Serui qui scõo missi sunt meli⁹ ē vt ꝓphete intelligant q̃ apli: ita tñ si seru⁹ supra fuerit scriptus: sinaũt seruos ibidẽ legas: hic serui secundi apli sũt intelligendi. CHR. super mat. Quos misit cũ eis dixit: In viã gẽtiũ ne abieritis: sz potius ite ad oues pdĩtas domus israel. ORIGE. Uel qui primi mittunt serui vocare inuitatos ad nuptias: hñtur ꝓphete cõuertẽtes ex populo p suas ꝓphetias ⁊ restituit onẽ ecclie ad xp̃m. Qui aũt noluerũt venire in primis inuitati: sũt q̃ noluerũt audire vba ꝓphetaꝝ. Iterꝝ alũ transmissi: alia cõgregatio ꝓphetaꝝ ē. HILA. Uel serui ꝓmo missi q̃ inuitatos vocarẽt apostoli sũt: q̃ aũt admonent vt veniãt inuitati antea: populus israel ē in glam. n. eternitatis p legez ē aduocatus. Apostoloꝝ ꝯ erat ꝓpriũ cõmonere facere eos quos inuitauerãt ꝓphete. Qui vero iterꝝ cũ preceptoꝝ cõditiõe mittunt aplici viri: sũt successores eorum. GRE. Sed q̃ bi q̃ prius inuitati sũt: ad nuptiaꝝ cõuiuiũ venire noluerũt: in scõa inuitatiõe iã dz: Ecce prãdiũ meũ parauí. HIE. Prãdiũ paratũ ⁊ tauri ⁊ altilia occisa vel p metaphora opes regie describunt vt ex carnalibus intelligant spiritalia: vel certe dogmatũ magnitudo ⁊ doctrina dei lege plenissima sentire põt. CHRY. up mat. Cũ ꝯ dñs aplis dixit: Euntes ꝑdicate dicetes: quia appropinquauit regnũ celoꝝ: hoc significauit quod hic dicitur Prãdiũ meuz parauí idest ex lege ⁊ ꝓphetis scripturaꝝ mensas ornauí. vnde sequitur. Tauri mei ⁊ altilia occisa sũt. GRE. in ho. Per tauros autẽ patres veteris testamẽti significãtur: qui ex permissiõe legis inimicos suos: virtuti corporee cornu feriebãt. Altilia vero saginata dicimus. ab eo enizquod est alere altilia vel quasi alita vocamus. Per altilia ꝯ patres noui testamẽti figurantur q̃ dũ gratiã piguedinis iterne dulcedinis ꝓcipiũt a terrenis desiderijs ad sublimia cõtemplatiõis sue penna sublcuãtur. Dicit ꝯ. Tauri mei ⁊ altilia occisa sũt. ac si. d. Patrũ ꝑcedẽtiũ mortes aspicite: ⁊ remedia vite vestre cogitate. CHR. sup mat. Uel aliter. Jõ dic: Et saginata ⁊ tauros nõ q̃ ⁊ tauri nõ fuerũt saginati: sz q̃ nõ oẽs saginati fuerũt tauri: ꝯ saginata tñmõ dicit, ꝓphetas q̃ fuerũt spũsco repleti: tauros aũt q̃ ꝓphete fuerũt ⁊ sacerdotes: sicut hieremias ⁊ eẽechiel. vt.n. tauri duces sũt greg⁹: ita ⁊ sacerdotes ꝓncipes sũt populi. HILA. Uel alit: Tauri gloriosa martyrũ species est qui ꝓfessiõi dei tanq̃ hostia electa sũt immolati. Saginata vero sunt homines spiritales tanq̃ celesti pane ad euolandum aues paste: ceteros accepit cibi vbertate expleture. GRE. Notandũ vero q̃ in priore inuitatione nil de tauris ⁊ altilibus dicitur. In secũda aũt iam tauri ⁊ altilia mactata memorantur: quia omnipotẽs deus cum verba eius audire nolumus adiungit exẽpla: vt omne quod impossibile credimus tanto nobis ad sperandum fiat facilius quanto per hoc transisse ⁊ alios audimus. ORIGE. Uel quia prandium quod paratur est eloquium dei: fortia quoq; eloquiorum dei tauri intelligantur: suauia vero ⁊ delectabilia eorum sunt saginata. Siquis.n. ꝓferat quedaz dicta modica ⁊ non firma: ⁊ nõ magnã virtutẽ rationis habẽtia: vident macra esse que ferunturꝰ. Saginata autẽ sunt cũ ad vnãquãq; ꝓpositõez exempla multa rationis probatione repleta iducunt: puta si aliquis de castitate sermonẽ loquitur: recte intelligẽtur. Sed cũ ipsuz sanctitatis sermonez cũ rationis probatione descripturis repletũ protulerit: ita vt delectet ⁊ cõfirmet animũ audientis, ꝓtulit cũ saginatũ. CHRY. super matth. Qõ autez dicit: Et omnia parata sunt. intelligitur quia quicquid queritur ad salutẽ: iam adimpleuz est in scripturis. Qui enizignorãs ē inuenit ibi quod discat. Qui contumax ē: inuenit ibi quod timeat: qui laborat inuenit ibi promissa: quibus excitet ad opus. GLO. Uel omnia parata sunt. i. introitus regni paratus est per fidem mee incarnatiõis qui ante fuerat clausus. CHR. super matthe. Uel omnia parata dicit que ꝑtinent ad mysteriũ dominice passionis ⁊ nostre redẽptiõis. Dicit aũt: Venite ad nuptias: non pedibus sed fide ⁊ moribus. Sequit: Illi aũt neglexerunt. Quare aũt neglexerint manifestat cum subdit: Et abierũt: alius in villam suaz: alius vero ad negociationẽ suam. CRHY. in ho. Quãuis autez videant rationabiles occasiones esse: sed hinc discimus etiam si necessaria sint que detinent: omnibus tamen preponere spiritalia oportet. Nihil aũt videt q̃ his occasionibus vsi: negligentie velamina proponebant. HILA. Ambitione enim seculi tanq̃ villa hoies occupantur: plures vero pp pecunie cupiditatẽ negociatione detinentur. CHRY. sup matth. Uel aliter: Cũ laboze manuũ nostrarũ aliquid facimus: puta exercentes agrũ vel vineã aut opus ligni vel ferri: villam colere videmur. Cũ aũt nõ laboze manuũ nr̃aꝝ alia lucra sequimur: totũ hoc negociatio appellat. O miserrim⁹ mund⁹ ⁊ miseri qui eũ sequunt Sẽper.n. mũdialia opa hoies exclusẽrũt a vita. GRE. Qui ꝯ itent⁹ laboz terreno: vel mũdi actiõib⁹ dedit mysteriũ icarnatõis dñice pẽsare ⁊ fz illud viuere. s. dissimilat q̃si ad villã vel negociũ pgẽs: venire ad regis nuptias recusat. ⁊ plerunq; qõ ē graui⁹ nõnulli vocati: graz nõ solũ respuũt: sz et plequunt. vñ subdit. Reliq vo ten. ser. eius ⁊ otu. affe. occiderũt. CHR. sup mat. Uel propter occupationes ville populares iudeoꝝ significat quos mũdi delectatio separauit a xp̃o. Per occupatõez vo negociatiõis sacerdotes ceterosq; mistros tẽpli significauit: quos lucri obtẽtu veniẽtes ad mysteriũ legis ⁊ tẽpli auaricia separauit a fide. De qb⁹ nõ dixit q̃ malignati sũt sz neglexerũt. q̃.n. odio aut inuidia crucifixerũt xp̃z: illi malignati sũt: q̃ aũt negociis ꝓpediti nõ crediderũt: illi neglexisse dicunt nõ malignati. De sua tñ morte dñs tacet: q̃ ĩ pozi pabola dixerat: sz oñdit mortẽ discipl⁹ꝰ suoꝝ quos p⁹ ascẽsũ ipsius occiderũt iudei. Stephanũ lapidates ⁊ Jacobũ alphei occidẽtes: pp q̃ hierusalẽ destructa ē a romanis: Et notãdũ q̃ ira ĩ deo nõ ꝓprie sz trãslatiue dz. Tũc.n. irasci dz qũ vlciscit. vñ ⁊ hic dz. Rex aũt cũ audiratus ē. HIE. Dñs inuitabat ad nuptias ⁊ agebat opera clemẽtie hois nõmẽ appositũ ē. nũc aũt qñ ad vltionez venit: hõ silet ⁊ rex nũcupatur. ORIGE. Dicãt aũt qui peccãt ĩ deũ legis ⁊ prophetarũ ⁊ totius creationis vtrũ iste qui ⁊ homo dicitur ⁊ iratus ꝓponit: ipe ē pater xp̃i: q̃ si dixerint hunc ipsuz esse cogendi sunt confiteri quoniam multa in eo fm pas-

sibilem

sibilem hominū naturā eē dicuntur: nō q̄a ipse passibilis ē: sed q̄a more gerit passibilis nature hominū. Et ꝓ hāc consequentiā suscipere cōuenit ⁊ irā dei ⁊ pniam ⁊ cetera huiusmodi in prophet. Sequitur: Et missis exercitib. HIE. Per hoc exercitus romanos intelligimus sub duce vespasiano ⁊ tito: qui occisis iudee populis: prevaricatricem incenderunt ciuitatē. CHRY. super matth. Romanus aūt exercitus dī exercit' dei: q̄ dñi ē terra ⁊ plenitudo eius: nec ante venissent romani hierlm nisi eos dom' excitasset. ORI. Uel ālelorū agmina sunt exercit' regis nostri. missis ergo exercitib' extinxisse homicidas dī: q̄a in hominib' oē iudiciū per angelos exercet. Homicidas ergo pdit: q̄a persequētes interimit. Ciuitatē eorū igni succendit: q̄ illorum non solū aie: sed caro quoq̄ in qua habitauerant eterna gehenne flāma cruciāt. ORI. Uel ciuitas ipiorū ē fm vnūquodq̄ dogma congregatio eorū q̄ conueniūt ī sapiētia principū huius seculi quā succendit rex ⁊ exterminat q̄si ex malis edificationib' cōsistēte. GRE. Sed his q̄ inuitātē se cōtēni cōspicit: filij sui nuptias vacuas nō habebit. quēq̄ n. sermo dei iuēturus ē vbi reqescat. vñ subdit. Tūc ait ꝓuis suis. ORI. i. apostolis aut angelis q̄ prepositi erāt in vocatiōe gētiū. Nuptie q̄dē parate sūt. REMI. i. oē sacramētū humane dispensatiōis iā pactū atq̄ copletū ē. Sed q̄ inuitati erant .i. iudei nō fuerūt digni: q̄ dei iusticiā ignorātes ⁊ suam statuere volētes idignos se iudicauerunt eterne vite: Reprobato ergo iudaico ppl'o ad has nuptias gentilis ppl's ē suscept'. vñ sequitur. Ite ergo ad exi. viarū ⁊ quos. inue. vo. ad nuptias. HIE. Gentilis. n. ppl's nō erat ī vīs: sed exitib' viarū. REMI. Qui sūt errores gētiliū CHRY. sup matth Uel vie sunt oēs professiones huius mūdi: vt puta philosophie militie ⁊ huiusmodi. Dicit q̄: Ite ad exitus viarū vt cuiuslibet cōditiōis homēs vocēt ad fidē. adhuc sicut castitas via ē q̄ ducit ad deū: sic fornicatio via ē que ducit ad diabolū: ⁊ sic de alīs virtutib' ⁊ vitīs. iubet ergo vt cuiuscūq̄ cōuersatiōis vl conditionis homēs inuitēt ad fidē. HILA. Per viā ēt tēpus seculi intelligendū ē: atq̄ iō ad exit' viarū iubēt ire: q̄ oīb' retroacta donātur. GRE. Uel aliter: In scriptura sacra vias actiōes accipim'. Exitus viarū itelligim' defect' actionū: q̄ illi plerūq̄ facile ad deū veniūt quos in terrenis actionib' prospera nulla comitant. ORI Uel alit. Puto hāc primā vocationē fuisse ad nuptias aliq̄rū īgenuarū animarū Principalit. n. de' vult venire ad epulationē diuini eloquij: eos q̄ ad intelligendū sūt ingeniosiores: ⁊ qm̄ q̄ huiusmodi sūt nolūt ad ūstā vocationē venire: transmittunt alij sui pnocātes eos ⁊ promittētes q̄ si venerint: pcipient prādiū patri a rege. Sicut. n. in corpalib' alia ē q̄ nubit spōsa: alij inuitatores: alij q̄ inuitant ad nuptias: sic de' scit diuersos ordines aiarū: earūq̄ virtutes ⁊ causas. ob q̄s hi q̄dē in cōstitutiōe sponse accipiuntur: alij in ordine seruorū vocātiū: alij in nūero inuitatorū ad nuptias. Ꝓ q̄ pncipaliter quidē fuerāt inuitati primos inuitatores q̄ si paupes sensu neglexerūt ⁊ abierūt sua sequētes: in quibus magis sūt delectati q̄ ī his q̄ rex p suos pmittebat: ſz hi leuiores sūt his q̄ suis trāsmissis iūriant et interficiūt: q̄. s. p̄paratiōe cōtēciosorū vborū ausi sūt tenuisse suos missos q̄ nō sūt p̄parati ad soluēdas q̄nes eorū vsuras ⁊ contumelijs afficiūtur vel interficiūt ab eis. Sequitur: Et egressi sui et' in vias cōgregauerūt oēs quos inue. ma. ⁊ bonos. ORI. Egredientes serui siue de iudea ⁊ hierlm apli christi: siue ab interiorib' angeli sancti: venientes ad vias diuersas diuersorū morū congregauerunt quoscūq̄ inuenerūt. Et non curāt vtrū aliq̄n aī vocationem mali fuerint aut boni. bonos autem intelligere hic simpliciter conuenit humiliores ⁊ rectiores ex eis q̄ veniebāt ad cultū dei: quib' cōueniebat q̄ ō apl's ait: Cū gētes q̄ legē nō hāt: ea que legis sūt faciūt: ipsi sibi sunt lex. HIE. Inter ipsos. n. gētiles infinita ē diuersitas: cū alios sciam' eē pcliuores ad vitia: alios ad honestatē morū virtutib' deditos. GRE. Uel hoc dicit: q̄ in hac ecclesia nec mali sine bonis: nec boni sine malis eē pnt. bonus aūt nō fuit q̄ malos tolerare recusauit. Sequit: Et implete sūt nuptie discūbētiū. ORI. Nuptie. s. christi ⁊ ecclesie sūt iplete: dū restituti deo q̄ ab apl's sunt iuenti recubuerūt ad epulādū in nuptijs: sed qm̄ bonos ⁊ malos oportuit q̄dē vocari: nō aūt vt mali permanerēt mali: sed vt deponerēt vestimēta ꝑta nuptijs ⁊ induerēt nuptialia indumenta. s. viscera mifico rdie benignitatis. Jo rex egredit vt videat discūbētes p̄iusquā apponat eis p̄ randiū vt retineat hōtes nuptialia vestimēta ⁊ deleciet: cōdēnetq̄ contrarios. vñ sequitur Intrauit aūt rex vt videret discūbētes. CHRY. super matth. Non q̄ alicubi ipse nō est: sed vbi vult per iudiciū aspicere ibi dicit presens: vbi aūt nō vult: absēs videt. Dies aūt aspectatiōis ē dies iudicij: qñ visitaturus ē christianos: qui sup mensam scripturarū recūbūt. ORI. Ingrediēs aūt inuenit quendā q̄ nō mutauerat proprios mores. vñ sequitur: Et vidit ibi hominē non vestitum veste nuptiali. Singulariter dixit: q̄a vnius sunt generis oēs q̄ seruant malitiam post fidem quā habuerant ante fidē. GRE. Quid aūt debem' intelligere per nuptialē vestē: nisi charitatē? q̄ hanc in se dñs habuit: dū ad sociāde sibi ecclesie nuptias veniret. Intrat ergo ad nuptias: sed sine veste nuptiali: qui ī ecclesia fidem habet: sed charitatē non habet. AVG. contra faustum: Uel sine veste nuptiali nuptias adit qui querit ibi gloriam: non sponsi sed suam. HILA. Uel vestis nuptialis est gratia spiritussancti ⁊ cando rabitus celestis qui bone interrogationis confessione susceptus vsq̄ ī certum regni celorū īmaculatus ⁊ integer est reseruandus. HIE. Uel vestis nuptialis precepta sunt domini: ⁊ opera quē cōplentur ex lege ⁊ euangelio nouiq̄ hominis efficiunt vestimentum quod qui in die iudicij inuentus sub nomine christiano non habet: statim corripitur. vnde sequitur: Et ait illi: Amice quomodo huc intrasti nō habēs vestem nuptialem: Amicū vocat: q̄ est inuitatus ad nuptias quasi sit amic' per fidem. Arguit autem impudētie q̄ veste sordida mūdicias polluerit nuptiales. ORI. Et qm̄ qui peccat ⁊ non induit dñm iesum christū: nō habet excusationē aliquā. ideo sequit: At ille obmutuit. HIE. In tēpore enim illo nō erit loc' impudentie: nec negandi facultas cum omnes angeli ⁊ mūdus ipse testes sint peccatorum. GRE. Non aūt solū reiectus ē a nuptijs qui iniuriam nuptijs fecit: sed adhuc a ministris regis super vincula constitutis ligatus incessione qua non est vsus ad bonum: ⁊ apprehensoria virtute qua nullū opus ad bonum impleuit: cōdēnatus ē in loco ab omni lumine alieno q̄ vocat tenebre exteriores. vnde sequit. Tunc rex dixit ministris: Liga. ma. ⁊ pe. mit. eū in teme. exteriores GRE. Ligantur tunc pedes ⁊ man' per districtionē snie: q̄ modo a prauis opib' ligari noluerūt per meliorationē vite: vel tūc ligat pena quos modo a bonis operibus ligauit culpa. AVG. xi. de tri. Prauarum vero atq̄ distortarū voluntatū iplicatio vinculum ē quo alligat qui hoc ait: Ut proiciat in tenebras exteriores. GRE. Interiores autem tenebras dicim' cecitatē cordis: exteriores vero eternam noctē damnationis. CHRY. sup matth. Uel per hoc designat differētia tormētorū in pctōrib'. Sūt. n. p̄me tenebre exteriores: interiores aūt minores: ⁊ nouissimi loci. Sequitur. Ibi erit flet' ⁊ stridor dētium. HIE. In fletu oculorū ⁊ stridore dentiū per methaphora mēbrorū corporalium: magnitudo ondit tormētorū. Man' quoq̄ ligatas ⁊ pedes: fletū oculorū ⁊ stridore dentiū: ad cōprobāda resurrectionis intellige veritatem GRE. Ut illic dētes strideant qui de edacitate gaudebāt: illic oculi deflent qui p̄ illicitas concupiscentias versabant ōten' singula mēbra supplicio subiaceant q̄ hic singulis quibusq̄ vitijs subiecta seruiebant. HIE. Et q̄: īcōuiuio nupti

ali non initium sed finis queritur: subditur. Multi enim sunt vocati pauci vero electi. HILA. In inuitante enim sine exceptione publice bonitatis humanitas est: in inuitatis vero vel vocatis de iudicio meritorum pbitatem electio ē. GRE. Nonnulli.n.bona nec incipiūt: nonnulli vo in bonis q̃ inceperūt minime pslistūt. Tāto ergo sibi vnusq̃q; solicite metuat: q̃to ignorat q̃ restāt. CHRY. sup matth. Vel aliter: Quotiēs deus tentat ecclesiaz sua ingredit ad eā vt videat discūbētes: ⁊ si inuenerit aliquē nō habentē vestē nuptialē interrogat eū vt q̃d fact⁹ es christianus si hec opa diligebas? Talē ergo christus traditymnistris suis. i. aliqb⁹ magris seductiōis: ⁊ ligant man⁹ ei⁹ .i. opa: ⁊ pedes. i. mot⁹ aie: ⁊ mittunt eū in tenebras. i. in erores vel gentiū: vel iudeorū vel heresim. propinquiores enim sunt tenebre gentiliū: q̃a vitatē spernunt quā nō audierunt: sed exteriores iudeorū q̃ audierūt: sed nō crediderunt: sed magis exteriores hereticorum qui audierūt ⁊ didicerunt.

¶ Tūc abeūtes pharisei cōsiliū inierūt vt capent eū i sermone. Et mittūt ei discipulos suos cū herodianis dicētes: Magr̃ scimus q̃ verax es ⁊ viaz dei i veritate doces: ⁊ nō ē tibi cura de aliquo. Nō .n. respicis psouā hoiuz. Dic ergo nob q̃d tibi videt: Licet censuz dari cesari an nō? Cognita autē iesus neqtia eoz ait: Quid me tētatis hypocrite? Ostēdite mihi nūmisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis iesus: Cuius ē imago hec ⁊ supscriptio? Dicūt ei: Cesaris. Tūc ait illis: Reddite ergo que sunt cesaris cesari: ⁊ que sūt dei deo. Et audientes mirati sunt: ⁊ relicto eo abierunt.

CHRY. sup matth. Sicut si aliq̃s claudere voluerit aq̃ currētis meatuz si exclusa fuerit per aliquā violentiā aliunde sibi semitā q̃rit: sic iudeorū malignitas ex vna parte ꝓfusa: aliū sibi aditū adiuenit. vñ dz. Tūc abeū. pha. cōsi. inie. vt ca. eū. in sermone. Abierūt inquā ad herodianos: Quale cōsiliū tales ⁊ consiliatores. ⁊ iō seqtur: Et mittūt ei disci. su. cū herodianis. GLO. Tanq̃ ignotis vt facilē⁹ deciperēt: ⁊ p eos illū caperēt: cū timētes turbaz hoc p se nō presumerēt facere. HIE. Nup q̃dē sub cesare augusto iudea subiecta romanis: qm̃ in toto orbe ē celebrata descriptio stipendaria facta fuerat. Et erat i pplo magna seditio: dicentib⁹ alij⁹ pro securitate ⁊ q̃ete q̃ romani pro oib⁹ militarent: debere tributa pslui. Pharisei vo q̃ sibi applaudebāt i iusticia: ecōtrario nitentibus nō debere populū dei q̃ decimas solueret ⁊ p̃mitias daret ⁊ cetera q̃ in lege scripta sūt hūanis legibus subiacere. Cesar aūt august⁹ herodē filiū antipatris alienigenaz ⁊ pselitū regē iudeis constituerat: q̃ tributis preesset ⁊ romano pareret imperio. Mittunt igit pharisei discipulos suos cū herodianis. i. militib⁹ herodis. seu quos illudentes pharisei: q̃ romanis tributa soluebant: herodianos vocabant: ⁊ non diuino cultui deditos. CHRY in ho. Propter hoc aūt suos discipulos ⁊ herodis milites simul mittūt: vt quodcūq; dixerit reprehendat. cupiebāt .n. magis aduersuz herodianos eū aliquid dicere: q̃. n. eum detinere timebant, ppter turbas: voluerūt ei periculum immittere ex hoc q̃ eēt publicis tributis obnoxius CHRY. sup matth. Hec ē aūt hypocritar̃ prima simulatio: q̃ laudant quos pdere volūt. Et iō i laudē, prūpūt dicentes: Magister scim⁹ q̃ verax es. Magistrū eū vocant vt quasi honorat⁹ ⁊ laudatus mysteriuz sui cordis simpliciter eis apiat: tanq̃ volēs eos habere discipulos GLO. Tripliciter aūt contingit aliquē veritatē non docere. Primo ex parte ipsi⁹ docētis: q̃. s. veritatē vel non nouit: vel nō amat. ⁊ ꝯ hoc dicūt: Scim⁹ quia verax es. Secūdo ex parte dei: cui⁹ timore postposito q̃dā vitatez de eo quā nouerūt: nō pure ānūciāt. ⁊ cōtra hoc dicunt: Et viā dei in vitate doces. Tertio ex pte proximi: ex cuius timore vel amore aliq̃s vitatē tacet. ⁊ ad hoc excludēdā dicūt: Et nō ē tibi cura de aliquo. s. hoie. non .n. respicis personam hominum. CHRY. in ho. Hoc de herode ⁊ cesare occulte insinuabāt. HIE. Blāda q̃dē ⁊ fraudulēta iterrogatio illic puocat rndētē vt magis deuz q̃ cesarē timeat. vñ dicit: Dic ergo nobis q̃d tibi videt: licet censū dari cesari an nō? Ut si dicat nō debere tributa solui statiz audiētes herodiani: seditionis reū cōtra romanū principē eū teneāt. CHRY. in ho. Quia.n. sciebant q̃ q̃dā hāc discordiā meditates occisi erāt: volebant et ipsū p sermones hos in talē suspitionē imittere. Sequit. Cognita aūt ie. neq. eorum ait. Quid me tēta. hypocrite. CHRY. sup matth. Nō fm sermones eorum pacificos blāde rndit: sed ex cōsciētiā eoz crudelē aspa dixit: quia de⁹ voluntatib⁹ rndet: nō vbis. HIE. Prima ergo virtus ē rndētis: interrogātiū mētes cognoscere: ⁊ nō discipulos sed tētatores vocare. Hypocrita ergo vocat q̃ aliud ē ⁊ aliud simulat. CHRY. sup matth. Dicit q̃ eis hypocrite: vt cōsiderātes euz humanorū cordiū cognitorē q̃ō facere cogitabāt pficere nō auderēt: Vide ergo q̃ pharisei blādiebātur vt pderēt: sed iesus cōfūdebat vt saluaret: q̃a vtilior ē hoi de⁹ irat⁹ q̃ hō ppitī⁹. HIE. Sapiētia.n. semp sapienter egit: vt suis potissimū tētatores sermonib⁹ ꝓfutētur. Et iō seqtur. Ostēdite mihi nūmisma cēsus. At illi obtulerūt ei denariū. Hoc gen⁹ nūmi ē q̃ō pro decē nūmis cōputabat: ⁊ habebat imaginē cesaris. vñ seqtur: Et ait illis iesus: Cui⁹ ē imago hec ⁊ superscriptio? Qui putant interrogationē saluatoris ignorātiā eē ⁊ nō dispensationē: discāt ex pñti loco q̃ vtiq; poterat scire iesus cui⁹ imago eēt in nūmo. Seqtur: Dicūt ei: Cesaris. Cesarē nō putem⁹ augustū: sz tyberiū significari: sub quo et passus ē dñs. Oēs autē reges romani a primo cayo cesare q̃ iperiū arripuerat cesares appellāt. Seqtur. Reddite g̃ q̃ sūt cesaris cesari. i. nūmū tributum ⁊ pecuniam. HILA. Si.n. nihil quod cesaris ē penes nos resederit: conditione reddēdi ei q̃ sua sunt non tenebimur. Porro aūt si reb⁹ illi⁹ icūbam⁹: si iure ptātis sue vtimur: extra q̃relā iniurie ē reddē cesari q̃ō cesaris est. CHRY. Tu aūt cū audieris: Reddite q̃ sūt cesaris cesari: illa scito eū dicere solū: q̃ in nullo pietati nocēt: q̃a si aliq̃d tale fuerit nō adhuc cesaris ē: sz diaboli tributū. Deinde vt non dicant: qm̃ hominib⁹ nos subijcis subdit: Et q̃ sūt dei deo. HIE. i. decimas: p̃mitias: oblatiōes: ⁊ victimas: sicut ⁊ ipse dñs reddidit cesari tributa pro se ⁊ petro: ⁊ deo reddidit q̃ dei sunt: patris faciēs voluntatē. HILA. Deo ēt q̃ eius sūt reddere nos oportet. i. corpus ⁊ aiaz ⁊ voluntatē. Nūmisma.n. cesaris i auro ē i quo ē ei⁹ imago depicta. Dei nūmisma hō ē i quo ē dei imago figurata. iō diuitias vestras date cesari: deo aūt inocentie vēe conscientiā fuate. ORI. Ex hoc loco discim⁹ saluatoris exēplo vt nō his que a multis dicunt: ⁊ propterea gloriosa videntur occasione pietatis attēdam⁹: sz q̃ cōueniēter fm ordinē rōnis dicūtur. Possum⁹ aūt ⁊ moraliter intelligere locū istū: qm̃ debem⁹ corpori q̃dā dare q̃si tributū cesari. i. necessaria. Quecūq; aūt sūt cōuenientia animarū nature. i. ea q̃ ducunt ad virtutem: debem⁹ deo offerre: q̃ ergo supra modū docent legem dei: ⁊ de reb⁹ debitis corpori nihil curare precipiūt: sunt pharisei q̃ reddere cesari tributū vetabāt: phibētes. s. nubere ⁊ abstinere a cibis quos de⁹ creauit. q̃ vo supra modū estimat oportē corporib⁹ idulgē: ipsi sūt herodiani. Saluator autez nr̃ vult vt nec virt⁹ minorēt dū supra modū carni fuim⁹: nec carnū nā grauet dū abūdāti⁹ vtutib⁹ adherem⁹. Ut p̃nceps mūdi. i. diabol⁹ dz cesar. ñ. n. possum⁹ reddere do q̃ dei sūt nisi p̃ius reddiderim⁹ p̃ncipi q̃ sē sua. i. nisi op̃posuerim⁹ malicia vniuersā. Hoc ēt discam⁹ ex loco pñti q̃ ꝯ tētātes nec omno tacere debemus nec simpliciter respondere: sz cir-

eũspecte vt precidam' occasione querentiũ in nobis occasionẽ: ⁊ doceamus irreprehensibiliter que possunt saluare volentes saluari. HIE. Qui autẽ credere debuerant ad tantam sapientiam mirati sunt q̃ calliditas eorũ insidiandi nõ inuenisset locũ. vnde sequit: Et audiẽtes mirati sũt ⁊ relicto eo abierunt. Infidelitatẽ pariter cũ admiratione reportantes.

¶ In illa die accesserũt ad eũ saducei qui dicunt non eẽ resurrectionẽ ⁊ interrogauerũt eum dicẽtes Magister: moyses dixit: Siquis mortuus fuerit non habẽs filiũ: vt ducat frater ei' vxorem illius ⁊ suscitet semẽ fratri suo. Erãt aũt apud nos septem fratres: ⁊ primũ' vxore ducta defunct' ẽ: ⁊ nõ habẽs semẽ reliqt vxorẽ suã fratri suo. Similiter secũdus ⁊ tertius vsq̃ ad septimũ. Nouissime aũt omniũ ⁊ mulier defuncta ẽ: In resurrectione ergo cuius erit de septẽ vxor? Oẽs enim habuerunt eã. Respõdens aũt iesus: ait illis: Erratis nescientes scripturas neq̃ virtutẽ dei. In resurrectione.n. neq̃ nubẽt neq̃ nubẽtur: sed erũt sicut angeli dei ãn celo. De resurrectiõe aũt mortuorũ nõ legistis q̃d dictũ ẽ a deo dicẽte vobis: Ego sum deus abraam: ⁊ deus isaac: ⁊ deus iacob. Non est de' mortorũ sed viuentiũ. Et audientes turbe mirabantur in doctrina eius.

CHRY. in ho. Cõfutatis phariseorũ discipulis cum herodianis: saducei se imittũt: cũ tñ ex cõfusione porro eos oporteret effici pigriores: sed presumptio inuerecũdum quod ẽ ⁊ pertinax ⁊ ipossibilia tentans. ppter hoc ⁊ euãgelista stupẽs eorũ dementiã: hoc ipsum significat dicens: In illa die accef. ad eũ saducei. CHRY. super matth. Qui recedebãt pharisei accedebãt saducei: forte tali cõsilio: q: decertabãt q̃s eũ ante cõprehẽdere posset: vel si ratione eũ non possent superare: saltẽ per ipsorũ frequentiã subuerterent sensum ei'. HIE. Due heresis erãt in iudeis: vna phariseorũ: ⁊ altera saduceorũ: pharisei traditionũ ⁊ obseruationũ iusticiã preferebãt: vñ ⁊ diuisi vocabãtur a populo: saducei aũt q̃ interpretãtur iusti: ipsi vendicabãt sibi q̃ nõ erãt operib' ⁊ corporis ⁊ aie resurrectionem credẽtib' ꝓfitentibusq̃ ⁊ angelos ⁊ spiritũ sequẽtes iuxta actus apostolorũ oia denegabant. vñ ⁊ hic dicitur Qui dicũt resurrectionẽ nõ eẽ. ORI. Nõ solũ aũt carnis resurrectionẽ negabãt: sz ẽt aie imortalitatẽ tollebãt. CHRY. sup matth. Videns.n. diabolus: q: iustitiã dei omo extinguere nõ potuit: introduxit heresim saduceorũ qui dicerẽt nõ eẽ resurrectionẽ mortuorũ: que res oẽ pro positũ faciẽde iustitie frãgit. q̃s.n. contẽtus erit aduersus seipsum quotidie luctamina exercere nisi ad spem resurrectionis aspiceret. GRE. xiij. mora. Sunt aũt nõnulli cõsiderãtes q̃ spũs a carne soluit: q̃ caro in putredinẽ vertit: q̃ putredo i puluerẽ reducitur: q̃ puluis in elementa soluit: vt nequaq̃ ab humanis oculis videat resurrectionẽ fieri posse desperant: ⁊ dũ arida ossa inspiciũt: hec vestiri carnib': rursumq̃ ad vitam virescere posse fieri diffidunt. AVG. in enche. Non aũt perit deo terrena materies: deq̃ mortaliũ creat caro: sed in quelibet puluerem cinerẽue soluat: in quoslibet halitus auras q̃ diffugiat. in quãcũq̃ aliorũ corporũ substãtias vel in ipsa elementa vertatur: in quorũcũq̃ animaliũ aut etiã hominũ cibum cedat: carnẽq̃ mutet: aie illi humane i pũcto tẽporis reddit q̃ eã primitus vt hõ fieret: viueret ⁊ crescere: ai auit. CHRY. sup matth. Ad defensionem aũt sui erroris iuenisse se argutissimã rõnẽ saducei putabãt. vñ sequit: Et in terro. eũ dicẽtes: Magr: moyses dixit: Siquis mortuus fuerit. CHRY. in ho. Quia.n. imitigabile malũ mors erat apud iudeos: q̃ oia pro pñti vita faciebant: in legem deduxit moyses defũcti sine filijs vxorẽ fratri dari oportere vt defuncto filij' nasceret ex fratre: ⁊ nõ excideret nomen eius q̃d erat quedã mortis mitigatio. nõ aũt alij' q̃ frater vel propinqu' iubebat accipe vxorẽ defuncti: qm̃ nõ ita putaret q̃ ex tali cõiunctione erat nascitur' cẽ filij' ei' q̃ obijt: ⁊ iterũ extraneus nõ ita haberet necessitatem statuere domũ eius qui obierat sicut frater: cui ẽt ex cognatione hoc facere iustũ erat. Sequit: Erãt autem apud nos septẽ fratres. HIE. Qui resurrectionẽ corporũ nõ credebãt ⁊ aiaz putabãt interire cũ corporib': recte istiusmodi fingunt fabulam que delyramẽti arguat eos qui resurrectionẽ asserant mortuorũ. Turpitudinẽ ergo fabule opponũt: vt resurrectionis denegẽt vitatẽ. vñ concludunt: In resurrectiõe ergo cui' erit: ꝓ ôt aũt fieri vt vere i gente eorum hoc aliq̃ accideriť. AVG. de q. euã. Per hos aũt septẽ fratres mystice intelligũtur hoies ipg qui fructũ iusticie nõ potuerũt afferre in terra p oẽs. vij. mundi etates: q̃b' ista terra cõsistit. postea.n. ⁊ ipsa terra transiet p quã oẽs illi q̃si septẽ sterriliter trãsierũt. Sequit. Rñdens aũt iesus ait illis: Erratis nesciẽtes scripturas neq̃ virtutẽ dei. CHRY. super matth. Sapiẽter primum arguit stulticiã eorũ: q: nõ legebãt. secũdo ignorãtiã: q: nõ cognoscebãt deũ. Ex diligẽtia.n. lectiõis nascitur scientia dei: ignorãtia aũt negligẽtie filia ẽ. HIE. Propterea ergo errãt q: scripturas nesciũt: ⁊ q: scripturas nesciunt cõsequẽter ignorãt virtutẽ dei. ORI. Duas aũt res dicit eos nescire: vnã quidẽ scripturas: alterã aũt virtutem dei p quã resurrectio fit ⁊ noua vita in eo. Vel dñs arguens saduceos nescire virtutẽ dei se eos nõ cognoscere arguebat. ipse.n. erat virt' dei ⁊ nõ cognoscebãt eũ quasi nescientes scripturas q̃ loquũtur de eo: ppterea nec resurrectionẽ credebãt quã factur' fuerat ipse. Querit aũt cum saluator dicat: Erratis nesciẽtes scripturas. q̃si dicat: q̃d i quibusdã scripturis positũ ẽ q̃d sequit. In resurrectione neq̃ nubẽt: q̃d in veteri testamẽto non legit scriptũ. Nos aũt dicim': q: scriptũ ẽ nõ in ipsis sermonibus manifeste ista dicẽtib': sed i mysterio indicãtib' fm intellectũ moralẽ: nã cũ sit lex vmbra futurorum bonorũ: dicẽs quodlibet de viris ⁊ vxorib': de spiritalib' nuptijs principaliter dicit: Sz nec hoc inuenio' alicubi scripturã dicẽtẽ sanctos post exitum fore sicẽ ãgelos dei: nisi forte q̃s ⁊ hoc moralit̃ itelligat: sz illud q̃d dñ. Tu aũt ibis ad pres tuos. Itẽ apposit' ẽ ad ppls suũ. Dicet aũt aliq̃s: Jõ eos increpabat: q̃a nõ legebãt ceteras scripturas q̃ sũt extra legẽ: ⁊ iõ errabãt. Alij' aũt dicit q̃ nesciebãt moysaice legis scripturas: ex eo q̃ diuinũ sensũ earum nõ scrutabãtur. CHRY. sup matth. Vel q̃d dicit: In resurrectiõe neq̃ nubẽt: retulit ad hoc q̃d dixerat. Nesciũ virtutẽ dei. Q̃d aũt dixit: Ego sum de' abraam: ad illud q̃d dixit: Nescitis scripturas. Et quidẽ calũniatorib' ꝓmũ oportet i aliqua q̃ne auctoritatẽ scripture ꝓferre: deide rõnẽ exponere: interrogãtib' p ignorãtiã pus rõnẽ exponamus: postea auctoritate cõfirmem': qm̃ calũniatores cõuincere oportet: interrogatores aũt docere: iõ his iterrogantibus per ignorãtiã: pus rõnẽ exposuit dicens. In resurrectione. HIE i hoc ãt q̃d dñ: Neq̃ nubẽt neq̃ nubẽt. Latina ꝓsuetudo greco ideomati non rñdet. Nubere.n. apud latinos ꝓprie dicũt mulieres: sz nos simpliciter dictũ itelligam' q̃ nubere de viris: ⁊ nu i de m'crib' dictũ sit. CHRY. sup matth. In hoc q̃dẽ seclo q: morimur: iõ vxores ducim': vt q̃d moriẽdo minuit: nascẽdo suppleat. ibi aũt moriẽdi necessitas tollit. vñ ⁊ nascẽdi cã soluta ẽ. HILA. Et q̃dẽ sufficerat aduersus saduceos opinionẽ: illecebre corporee recedisse: ⁊ officijs cessãtib' iania hec corpuz gaudia sustulisse: sz adiecit: sz sicẽ ãgeli dei i celo. CHRY. i ho. p q̃d ad inrogatũ ꝓueniẽt rñdet: q: n. hec erat eis cã estimandi resurrectionem non esse: quia credebant eãdem

fore resurgentium conditionē. hāc causaz remouit: ostē-
dens eos alīq̄ ꝓditiōis futuros. CHRY. sup matth. No
tādū vo q̄ cū de ieiunūs ⁊ elemosynis ceterisq̄ vtutib⁹
spiritalib⁹ locu⁹ fuit: nūq̄ ãgelo⁹ similitudinē itroduxit: ni
si cū de absolutiōe ⁊ coitu loq̄rēt: quoniam sicut omnes
actus carnales opera sūt animaliū: ꝑcipue tm̄ act⁹ libi
dinis: sic oēs virtutes sunt res angelice: ꝑcipue tamē ca
stitas: per quā vincitur natura virtutib⁹. HIE. Quod
ergo infertur. Sed sunt sicut angeli dei in celo: spiritalis
conuersatio repromittit. DIO. Tunc.n. qñ incorruptibi-
les ⁊ imortales erim⁹ vilibili q̄dē ipsius dei apparitiōe
in castissimis cōtēplationib⁹ adimplebimur. intelligibilis
aūt luminis datione participabim⁹: i ipassibili ⁊ i imate
riali mēte: fm imitationē supercelestiū mētiū: ꝓpter qd
dz: q̄ erim⁹ angelis equales. HILA. Eandē aūt calūni
am quā saducei afferunt de cōiugio: afferre plures solent
in quā formā muliebris sexus resurgat. Sed q̄lis in scri-
pturis auctoritas ē de angelis: opinādo talē in resurre-
ctione spei nostre sensuz oportet eē de feminis. AVG.
xxij. de ciui. dei. Sed mihi melius vident sapere q̄ virū-
q̄z sexuz resurrecturū nō dubitāt. Nō.n. libido ibi erit: q̄
cōfusionis cā ē: Nā priusq̄ peccassent nudi erant: natura
aūt seruabit: q̄ nunc quidē ⁊ a cōcubitu ⁊ a partu īmunis
erit: erūt tamē mēbra feminea nō accomodata vsui vete
ri: sed decori nouo: quo nō allicit aspicientis cōcupiscen
tia q̄ nulla erit: sed dei laudet sapiētia atq̄ clementia: qui
⁊ quod nō erat fecit: ⁊ liberauit a corruptione quod fecit
HIE. Nemo.n. dicit de lapide ⁊ arbore ⁊ his reb⁹ que
non habent mēbra genitalia q̄ nō nubēt neq̄ nubent: sed
de his qui cū pñt nubere: tm̄ aliqua rōe non nubūt. RA.
Hec aūt que dicta sunt de resurrectionis cōditionib⁹ pro
posite reddidit questioni: de ipsa vero resurrectione cōtra
eorū infidelitatē conueniēter loquit. CHRY. i ho.
Et qz illi interrogando moysen premiserant: per moysen
eos cōfutat. vñ subdit: De resurrectione aūt mortuorum
nō legistis. HIE. Ad cōprobandū resurrectionis veri
tatē multis alīs exēplis manifestioribus vti potuit: ex q̄
bus ē illud: Resuscitabūtur mortui: ⁊ resurgēt qui in mo
numētis sūt. ⁊ in alio loco: Multi dormientium de terre
puluere resurgēt. Querit ergo q̄d sibi voluerit dñz hoc
proferre testimoniū qd videt ambiguuz: vel non satis ad
resurrectionis pertinens veritatē? ⁊ q̄si hoc plato proba
uerit q̄d volebat statiz intulerit: Non ē de⁹ mortuorum:
sed viuentiū. Supra diximus aūt saduceos nec angelum
nec spiritum nec resurrectionē corporū confitētes: ⁊ ani-
marū quoq̄ iteriū predicasse. hi q̄nq̄ tm̄ libros moysi
recipiebāt: pphetarū vaticinia respuentes. Stultū autez
erat inde pferre testimonia: cuius auctoritatē non sequā-
tur. Porro ad eternitatē animarū probādā: de moyse po
nit exēplū: Ego suz deus abraā. statimq̄ infert: Non est
deus mortuorū sz viuētiū: vt cū probauerit aias pmane
re post mortē: neq̄.n. poterat fieri vt eorū eēt de⁹ qui neq̄
q̄ subsisterēt: conueniēter itroducere ⁊ corporū resurre-
ctio quē cū aiab⁹ bona malaq̄ gesserūt. CHRY. in ho.
Sz qualiter alibi ait: vt viuorū ⁊ mortuorū dñet? sz hoc
nō ē sīmile ei qd hic dz: mortuorū.n. ibi dicit eē dñs: eorū
.s. qui victuri sūt: nō aūt eorū q̄ semel disparuerūt: ⁊ vltra
nō resurgēt. HIE. Considerādū ēt q̄ sermo hic ad moy
sen iā facto fuerat sanctis istis patriarchis iā prīdē descen
tib⁹. erāt ergo quorū de⁹ erat. nihil.n. habere poterant si
non erāt: q̄ si natura rei ē vt eē id necesse sit cui⁹ sit alterū
atq̄ ita habere deū viuētiū ē cū de⁹ eternitas sit: ⁊ non sit
eorū que mortua sūt habere id quod eternuz ē: ⁊ qū esse
illi futuri semp negabūtur: quorū se eē, pfiteat eternitas.
ORI. Deus ēt ē q̄ dicit: Ego suz q̄ suz. Sic ergo ipossi-
bile ē vt dicat eorū de⁹ eē q̄ nō sunt. Et vide q̄a non dixit:
Ego sum deus abraā isaac ⁊ iacob: sed de⁹ abraā de⁹ isa
ac: ⁊ de⁹ iacob. In alio aūt loco sic dixit: De⁹ hebreorū mi
sit me ad te. Qui.n. perfectissime sūt circa deū: quātū ad
cōparationē ceterorū hominū totū habēt deū i se. ꝑ ea
nō coiter sed singulariter dz eorū de⁹: vt puta si dicamus:
Ager ille illorū ē: oñdim⁹ q̄ vnusquisq̄ eorū nō habet eū
in toto. Si aūt dicim⁹ q̄ ager ille illi⁹ ē: demōstram⁹ quia
totū agrū possidet ille. Ubi ergo dicit: De⁹ hebreorū: iper
fectio demōstrat eorū: qz vnusquisq̄ eorū aliquid modi
cū de deo habebat. Dicit aūt: De⁹ abraā: de⁹ isaac: ⁊ de⁹
iacob: qz singuli eorū totū habebāt deū. nō aūt ad modi-
caz laudē respicit patriarcharū q̄ deo viuebant. AVG.
contra faustū. Opportune itaq̄ eadē voce nūc cōuincunt
manichei: qua tūc cōuicti sunt saducei. nā ⁊ ipsaz resurre
ctionē alio q̄dē mō: sed tū ēt ipsi negāt. AVG. sup ioānē
Jō aūt specialiter de⁹ abraā de⁹ isaac ⁊ de⁹ iacob dz: qz i
istis trib⁹ oēs modi generationis filiorū dei vocant. Gene
rat.n. de⁹ multotiēs de bono ꝑdicatore bonū filiū: ⁊ de
malo malū: qd̄ significat p abraā q̄ de libera vxore fide-
lē filiū habuit: ⁊ de ancilla infidelē genuit. Aliqñ vo gene
rat p bonū predicatorē bonū ⁊ malū filiū quod significa
tur in isaac q̄ de libera vnū bonū ⁊ alterū malum genera
uit. Aliqñ generat bonos p bonū ⁊ malū ꝑdicatorē: qd̄ si
gnificat p iacob q̄ bonos filios genuit: ⁊ de liberis: vt de
ancillis. CHRY. sup matth. Et vide quō sit infirmior
cōgressio iudeorū cōtra christū. Prima fuit cū terrore: di
cendo: In qua ptāte hec facis? cōtra quaz necessaria fuit
constātia cordis. Secūda fuit cū dolo: cōtra quā necessa
ria fuit acuta sapiētia. hec aūt fuit cū presūptione ignara:
q̄ precedētib⁹ facilior ē. Dominē.n. putantē se aliqd scire
cū nesciat: viro sciēti facile ē conuincere. Sic ⁊ opatio imi
mici in primis grauis ē: sed sicq̄ forti aio sustinuerit: inui-
nlet cū infirmiorē. Sequtur: Et audiētes turbe mirabātur
in doctrina ei⁹. REMI. Nō quidē saducei sed turbe mi
rant. hoc ēt quotidie agit in ecclesia. cū.n. diuina ispira
tione aduersarij ecclesie superātur: turbe fideliū letātur.

¶ Pharisei āt audiētes q̄ silētiū ipo suisset sadu-
eis cōuenerūt i vnū: ⁊ interrogauit eū vn⁹ ex eis le
gis doctor tētās eū: Magr qd̄ ē mādatū magnū
i lege? Ait illi iesus: Diliges dñz deū tuuz ex toto
corde tuo ⁊ ex tota aia tua: ⁊ i tota mēte tua. Hoc
ē maximū ⁊ primū mādatū. Secūdū aūt simile ē
huic: Diliges primū tuum sicut teipsum. In his
duobus mandatis vniuersa lex pēdet ⁊ pphete.
HIE. Qz supra pharisei i oñsiōe denarij fuerāt ꝑfutati
⁊ aduerse partis viderant factionem subrutā: debuerant
ex hoc moueri ne vltra molirentur insidias: sed maliuo
lentia ⁊ liuor nutrit impudentiaz. vñ dicit: Pharisei aūt
au. q̄ silen. ipo. sadu. cō. in vnū. ORI. Silentiuz autē sa
duceis ipo suit iesus: volens ostendere quoniā mendacij
vocez obmutescere facit claritas veritatis. Sicut.n. pro-
priū est iusti tacere cū sit tempus tacendi: ⁊ loqui cuz sit
tēp⁹ loquēdi: nō tm̄ obmutescere: sic ꝑpriū ē oīum qui mē
dacij sunt doctores obmutescere q̄dē quātuz ad rex: non
aūt tacere. HIE. Pharisei ergo ⁊ saducei q̄ inter se con-
trarij sunt ad tēptandū iesuz pari mēte ꝓsentiūt. CHRY.
sup matth. vel conuenerunt in vnū pharisei vt multitudē
ne vincerent quē rationib⁹ superare non poterant: a vitate
nudos se pfessi sunt q̄ multitudine se armauerunt. Dice-
bant.n. apud se. Unus loquatur pro oib⁹: ⁊ oēs loq̄mur
per vnuz. vt siquidē vicerit oēs videamur vicisse. si autē
cōuictus fuerit: vel solus videat confusus. ⁊ iō sequtur: Et
interrogauit eum vnus ex eis legis doctor tentans eum.
ORI. Omnes ergo q̄ non discendi sed tentandi causa i-
terrogant aliquez doctoruz: estimare debemus illi⁹ pha
risei fratres sz illud: Qd̄ vni ex mīnimis meis fecistis mi
hi fecistis. AVG. de con. euan. Non moueat autem q̄
matthęus hic dicit tentantem fuisse: a quo dominus in-
terrogatus est: marcus autem hoc tacet: et in fine ita con
cludit q̄ ei dominus sapienter respondenti dixerit. Nō

longe es a regno dei. Fieri.n.pōt vt q̄uis tētans accesse/
rit:dñi tñ rñsione cozrecr'sit. Aut certe ipsaz tentatiōem
nō accipiam'malā tanq̄ decipe volētis inimicū:sz poti'
tanq̄ experiri āpli'volentis ignotū. neqz frustra scriptū
ē:Qui facile credit leuis ē corde.qd aūt iterroget subdit:
Magr qō ē mādatū i lege. ORI. Tētās dicebat:Magr
qm nō tanq̄ discipulus christi,pferebat hāc vocē. Sicqz
ergo ñ discit aliqd a vbo:nec tradit se ei ex toto aio suo:
dicit aūt ei:Magr:frater pharisei ē christū tētātis. Cū er
go ante saluatoris aduētū legeret lex:forsitā q̄rebat qō ē
mandatū magnū i ea. Neqz.n.iterrogasset hoc phariseus
nisi diu apud illos de hoc quesitū fuisset ⁊ nō iuētū: do/
nec veniēs iesus hoc doceret. CHRY. super matth. De
magno tñ mādato iterrogat:q̄ nec minūnū obfuabat:il/
le debet iterrogare de maiori iusticia q̄ iā minore cōple/
uit. HIE. Uel nō de mādatis iterrogat:sed qō sit ꝑmuz
mādatū magnūqz:vt cū oia q̄ de' mādauerit magna sint:
qcqd ille rñdeat occasionē habeat calūniādi. CHRY.
sup matth. Dñs aūt sic ei rñdit vt interrogatiōis eius fi/
cta cōsciētiā statiz ꝑmo rñso pcuteret. vñ seqtur: Ait illi
iesus. Diliges dñz deū tuuz ex toto corde tuo: ⁊ ex tota
aia tua:⁊ in tota mēte tua. Diliges inqt nō timore:qz dili
gere magis ē q̄ timere.timere.n.seruoz ē:diligere filioz
Timor sub necessitate ē:dilectio i libertate. Qui in timo
re fuit deo penā qdē euadit:mercedē vō iusticie nō hz:
qz iniust'fecit bonū,ppter timorē. Non vult ergo deus vt
timeat seruiliter ab hoib' q̄si dñs:sed vt diligat q̄si pat
q̄ adoptiōis spūz donauit hoib'. Diligere aūt deū ex to
to corde:ē vt cor tuū non sit inclinatū ad alicui'rei dile/
ctionē magis q̄ dei. Diligere aūt deū i tota aia: ē certissi/
mū aūz habere in veritate:⁊ firmum ē in fide. Ali'ē.n.
amor cordis:⁊ ali' ē amor aīe. Amor cordis quodāmō
carnalis ē:vt ēt carnaliter diligam'deū:qō facere nō pos
sum':nisi recedam'ab amore mūdaliū rerū. Cordis er/
go amor sentit i corde.amor vero aīe nō sentit sed intelli
git:qz in iudicio aīe cōsistit. Qui.n.credit apud deū ē oē
bonū ⁊ nihil boni ē extra ipsū hic diligit deū in tota aia
Tota vō mēte diligere deum: ē vt oēs sensus deo vacēt.
Cui'.n.intellect'deo ministrat: cui'sapiētia circa deum
ē:cui'cogitatio ea que dei sūt tractat:cui'memoria q̄ bo
na sūt recordat tota mēte diligit deū. AVG. De doctri.
christiana:Uel aliter;Deū ex toto corde diligere ꝑcipis
vt oēs cogitatiōes tuas: Ex tota aia:vt oēz vitā tuaz:Ex
tota mēte tua:vt oēz intellectū tuū i illū ꝓferas a quo ha
bes ea q̄ ꝓfers. Nullā ergo vite nr̄e partē relinqt q̄ vacare
debeat ⁊ q̄si locū dare vt alia re velit frui. Sed qcqd ali
ud diligēdū venerit i aīum: illuc rapiat quo tot'dilectio
nis ipet'currit:tūc.n.ē optim'hō cū tota vita sua pgit i
cōmutabile bonū. GLO. Uel ex toto corde.i. itellectu
Aia.i.volūtate:Mente.i.memoria:vt nihil ei contrariū
velis:sentias aut recorderis. ORI. Uel aliter: Ex toto
corde.i.fm totā recordationē ⁊ operationē ⁊ cogitatio/
nē. Ex tota aia.i.vt parati sint eā ponere pro pietate dei.
In tota mente:nihil aliud.s. ,pferentes nisi que dei sunt.
Et vide si potes cor quidē accipe pro itellectu:quo itelli
gibili speculātur:mētē aūt ad,pferendas res. Mente.n.
proferim' singulas res: ⁊ per vnūquodqz qō significat
q̄si mēte nr̄a inambulam' atqz proferimus. Si aūt tenta
ti pharisco dñs nō rñdisset:estimare possem' nō ē vnuz
mādatū mai'altero:Sed dñs respōdens subdit: hoc est
maximū ⁊ primuz mādatū. vbi discim'sentētiā de man
datis:qō ē magnū ⁊ sunt inferiora vsqz ad minima. Rñ
det aūt dñs nō solū qō ē magnū mādatū:sed ēt primum:
nō pro ordine scripture:sz pro dignitate virtutis. Hi aūt
soli hui'mādati in se suscipiunt magnitudinē ⁊ primatuz
q̄ nō solū diligūt dñz deū suū:sed etiā illa tria susceperit
.i.ex toto corde rē. Docuit aūt q̄ nō solū ē magnū ⁊ pri/
mū sz ēt q̄ eēt scōm simile priori. vñ sequit: Secūdū autē
simile ē huic:Diliges proximū tuum sicut teipsuz. Si aūt
q̄ diligit iniqtatē odit aīaz suam:manifestū q̄ non diligit
,primū sicut seipsū:cū nec seipsū diligat. AVG. i. de do
ctri. christiana:Manifestū ē autez oēz hominē proximū
ē deputādū:qz erga neminē operādum ē malum. Jā vo
si vel cui prebendū:vel a quo prebendū ē nobis officiū
misericordie recte,primus dicit:manifestū ē hoc precep/
to quo tenemur diligere,primū ēt sanctos angelos cōti/
neri:a quib'nobis tāta misericordie ꝑēduntur officia:
quāta nobis in scripturis animaduertere facile ē:ex quo
⁊ ipse dñs nr̄,primū se nobis dici voluit:qm seipsuz do
min' iesus significat opitulatū ē semiuiuo iacēti in via.
AVG. viij. de tri. Qui aūt amat hoīes:aut qz iusti sunt
aut vt iusti sint amare debet.sic.n.⁊ seipsū amare debet:
aut qz iust'ē:aut iustus sit:sic.n.diligit proximū sicut se/
ipsū sine vllo piculo. AVG. i. de doc. christiana: Si aūt
teipsuz nō,ppter te debes diligere:sed,ppter illū vbi di/
lectiōis tue rectissim'finis ē:nō succēseat aliquis homo
si ⁊ ipsuz,ppter deū diligis:q̄squis ergo recte proximuz
diligit.hoc cū eo debet agere vt ēt ipse toto corde diligat
deuz. CHRY. super matth. Qui autem hoinem amat
sile ē: sicut q̄ deuz amat:qz imago dei ē hō:in quo de' di
ligit:sicut rex,in sua imagine honorat. Et,ppter hoc dicit
hoc mādatuz simile eē ꝑmo. ORI. Uel aliter qō māda
tū sequēs ꝑmo ē simile:significat idē eē officiū ⁊ meritū in
vtroqz:neqz.n.dei sine christo aut christi sine eo pōt vti
lis eē dilectio ad salutē. Sequit: In his duob'mandatis
tota lex pendet ⁊ prophete. AGV. de quc.euā. Pendet
dixit.i.illo refertur vbi habet fine. RABA. Ad duo.n.
hec precepta pertinet tot' decalogus. Pcepta quidē pri/
me tabule ad dilectionē dei:precepta secunde ad dilecti
onem proximi. ORI. Uel qz qui oia impleuit que scri/
pta sunt de dei dilectione ⁊ proximi:dignus est magnas
gratias a deo pcipe vt intelligat oēz legē ⁊ prophetas.
AVG. vij. de trini. Cū aūt sunt duo pcepta in quib'pē
det lex ⁊ prophete:dilectio dei ⁊ proximi:nō immerito
scriptura plerūqz pro vtroqz vnuz ponit:siue dilectionē
dei:sicut ē illud:Scim'.n.qm diligentib'deuz oia coope
rant in bonū:siue dilectionē proximi:sicut est illud. Oīs
lex in vno sermōe implet:Diliges,primū tuū sicut teipz
Sed hoc ideo:qz qui proximū diligit ꝓsequēs ē vt deuz
diligat:Ex vna.n.eadēqz charitate deū proximumqz di
ligim':sed deū,ppter deum:nos aūt ⁊ proximū propter
deuz. AVG. i. de doctri. christiana. Sed tamē qm excel
lentior ⁊ supra nostrā naturam ē diuina substātia: prece
ptū quo diligim'deū a proximi dilectione distinctum ē
q̄ si te totū intelligas.i.animā ⁊ corpus ⁊ proximū tuuz
.i.animā ⁊ corpus nullū diligendaruz rerum genus i his
duob' preceptis pretermissuz ē. Cū.n.precurrat dilectio
dei sequitur dilectio proximi eiusqz dilectionis modus
prescriptus sit:vt eū sicut teipsum diligas simul ⁊ tui abs
te dilectio pretermissa non est.

¶ Cōgregatis aūt pharisei interrogauit eos ie
sus dicēs:Quid vobis videt̄ de christo cuius fili
us ē:Dicūt ei:Dauid. Ait illis: Quō ergo dauid
i spū vocat eū dñz dicēs: Dixit domin'dño meo
sede a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos
scabellū pedū tuoz? Si ergo dauid vocat eū dñz
quō fili'ei'ē:Et nemo poterat ei rñdere verbū: ne
pronunciare. Notandũ ē autē qm̃ marcus quidē ⁊ lucas hoc ipsũ scripserũt: Joannes aũt orãte iesũ: vt trãsiret ab eo calix nõ introducit: qm̃ hi magis fm humanã naturã eius exponũt de eo: q̃ scõm diuinã: Joannes aũt magis scõz diuinã. Aliter autem iesus videns qualia erant iudei passuri petẽtes eũ ad mortẽ dicebat. Pater si possibile ē: trãsiat a me calix iste. HIE. Unde signãter dicit. Calix iste. hoc ē populi iudeorũ: qui excusationem ignorãtie habere nõ pũt si me occiderit: habentes legẽ ⁊ prophetas q̃ vaticinant. ORI. Rursus videẽs quanta vtilitas totĩ mũdi eẽt futura: p passionē ipĩ dicebat: Sz nõ sicẽgo volo: sed sicut tu. i. si possibile ē: vt sine passione mea oia ista bona proueniãt: q̃ p passionē meã sunt prouẽtura: transeat passio hec a me: vt ⁊ mundus saluet: ⁊ iudei ĩ passione mea non pereãt. Si aũt sine perditione quorũdã multorũ salus nõ põt introduci: q̃tũ ad iustitiã tuã nõ transeat. Calicẽ aũt hũc q̃ bibit: passionis: in multis locis noũt scriptura. Bibit autẽ calicẽ totũ q̃ patit pro testimonio q̃cq̃d fuerit ei illatũ. Effundit aũt accipiẽs q̃ denegat ne aliquid patiat. AVG. de con. euã. Et ne quis eum putaret patris minuisse potestatẽ: nõ dixit: Si facere põt: sed Si fieri potest vel si possibile ē: ac si diceret: Si vis. fieri. n. põt q̃ ille voluerit. vñ ⁊ lucas hoc ipsum plani' intimauit. nõ enim ait: Si fieri põt: sed si vis. HILA. Uel aliter: nõ ait: Trãseat a me calix iste. hec enim eẽt pro se timẽtis oratio. q̃ ãt vt a se trãseat rogat: nõ vt ipse pretereat orat: sed vt in alterũ illud q̃ ad se transit accedat. Totus igit supra eos q̃ passuri erant metus ē: atq̃ ideo pro his orat qui passuri post se erãt dicẽs: Transeat calix a me. i. quo a me bibit: ita ab his bibat: sine spei diffidentia: sine sensu doloris: sine metu mortis. Jõ aũt ait: Si possibile ē: qr carni ⁊ sanguini horũ terror ē. ⁊ difficile est eorũ acerbitate corpora non vinci humana. Quod aũt ait: Non sicut ego volo: sz sicut tu. vellet q̃dẽ eos nõ pati: ne forte ĩ passiõe diffidant si coheredítatis sue gliam sine passionis sue difficultate mereant. Non ergo vt nõ patiãtur rogat dicens: Non vt ego volo: sed vt tu. ait eo q̃ pater vult vt bibẽdi calicis ĩ eos ex ipso transeat fortitudo: qr ex volũtate patris non tã per christũ vinci diabolũ q̃ ẽt per eĩ discipulos oportebat. AVG. in enchi. Sic igit christ' hominẽ gerẽs ostẽdit priuata quãdã hois volũtatẽ: in qua ⁊ suã ⁊ nr̃az figurauit: q̃ caput nr̃z ē: cũ dicit: Trãseat a me. Hec. n. erat humana volũtas. pprũ aliq̃d tanq̃ priuatũ volẽs: sed quia recũ vult eẽ hoiez ⁊ ad deũ dirigi subdit: Uerũtã ñ sicut ego volo: sed sicut tu. ac si diceret: videte: in me qr potes aliq̃d pprũ velle: ⁊ si de' aliud velit concedit hoc humane fragilitati. hec vox capitis: salus ē totĩ corpis. LEO. papa in ser. de pas. Hec vox oẽs fideles instruit: oẽs confessores accẽdit: oẽs martyres coronauit. Nã q̃s mundi odia: quis tentationũ turbines: quis posset persecutorũ supare terrores: nisi xp̃s in oib' ⁊ pro oib' patri diceret fiat voluntas tua. Discãt igit hãc vocem oẽs ecclesie filij: vt cũ aduersitas violẽter alicui' tẽtatiõis icũbit: sepato timore formidinis: accipiãt tollerãtiam passionis. ORI. Pusillũ aũt progrediente iesu ab eis: nec vna hora potuerunt vigilare eo absente: ppter q̃ orem' vt nec modicum aliq̃ñ iesus progrediat. Sequit: Et ve. ad discipulos suos ⁊ inuenit eos dormiẽtes. CHRY. in ho. Quia tẽpus in tẽpestate noctis erat: ⁊ oculi eorum a tristitia erãt grauati. HILA. Postq̃ ergo ad discipulos redit ⁊ dormientes deprehẽdit: Petrũ arguit. vñ sequtur: Et dicit petro: sic non potuisti vna hora vigilare mecum? Petrũ ideo pre oibus ex trib' arguit: qr pre ceteris nõ se scandalizãdum fuerat glorat'. CHRY. in ho. Sz qr ⁊ alij idẽ dixerũt: oium ẽt infirmitatẽ arguit q̃ enim mori simul cũ xp̃o elegerãt: ne q̃s simul cũ eo potuerũt vigilare. ORI. Inueniens autẽ eos dormiẽtes suscitat vbo ad audiẽdũ: ⁊ precipit vigilare dicẽs: Uigilate ⁊ orate ne intretis in tẽtationẽ. vt pmũ vigilem' ⁊ sic vigilãtes orem', Uigilat q̃ facit opa bona: ⁊ q̃ solicite agit ne in aliq̃ò teneb rosum dogma incurrat: sic. n. vigilãtis exaudit oratio. HIE. Impossibile est humanã aiam nõ tẽtari. Ergo nõ ait: Uigilate ⁊ ora. ne tẽte. sz ne intretis in tẽta. hoc ē ne vos tẽtatio supet. HILA. Cur aũt ne in tẽtationẽ venirẽt admonere eos voluisset orare oñdit dicẽs: Spũs q̃dẽ pmpt' ē: caro autez ifirma. Non enim de se hoc dicit: ad eos enim hic fmo cõuersus ē. HIE. Hoc aũt ē, aduersus temerarios: q̃ q̃ crediderit putat se posse cõsequi. Itaq̃ quãtũ de ardore mẽtis confidim': tantũ de fragilitate carnis timeam'. ORI. Hic considerandũ ē: vtrũ sicut oium caro infirma ē: sic oium spiritus pmpt' ē: an oium q̃dẽ caro ifirma ē: non aũt ⁊ oium hominũ spũs pmpt' ē: sz tm̃ scõrũ: infidelium aũt ⁊ spũs segnis ē ⁊ caro infirma. Est aũt ⁊ alio mõ caro ifirma eorum solũ quorũ spũs pmpt' ē q̃ cũ spũ pmpto opa carnis mortificat. Nos g̃ vult vigilare ⁊ orare: vt nõ intrẽt in tẽtationẽ: qm̃ q̃ spiritalior ē: solicitior debet eẽ: ne magnũ bonũ ipsi' grauẽ habeat lapsũ. REMI. Uel aliter his verbis oñdit se verã carnẽ ex virgine sũpsisse: ⁊ verã animã habuisse. vñ ⁊ nũc dicit spũs suũ promptũ eẽ ad patiẽdum: carnẽ vero infirmã timere dolorẽ passionis. Sequtur: Iterũ scõo abijt ⁊ orauit dicẽs: Pater mi si nõ põt calix iste trãsire nisi bibã illũ: fiat volũtas tua. ORI. Estimo q̃ calix ille passiõis oino a iesu fuerat trãsitus' sz cũ differentia: vt siquidẽ biberet eũ ⁊ ab ipso trãsiret: postmodũ ab vniuerso genere hoiuz. Si aũt nõ biberet eũ: ab ipso quidẽ forsitã trãsiret ab hoib' aũt, nõ trãsiret. Hunc ergo calicez passionis volebat q̃dẽ a se trãsire: sic vt oino neq̃ gustaret amaritudinẽ eĩ' si tm̃ possibile eẽt: q̃tũ ad iusticiam dei. Si aũt nõ poterat fieri magis volebat vt sumeret eũ ⁊ sic trãsiret ab eo ⁊ ab vniuerso hoiuz genere: q̃ vt ꝓtra volũtatẽ paternã bibitionẽ eĩ' effugeret. CHRY. in ho. Quod q̃dẽ secũdo vl tertio orat: ex affectu. s. humane infirmitatis quo mortẽ timebat: certificat q̃ vere fact' ē hõ Secũdo. n. vel tertio aliq̃d fieri vitatis ē maxie demonstratiuũ in scripturis. vñ ioseph dixit pharaoni: Qõ vidistis scõo ad eãdẽ rẽ pertinẽs: somnũ firmitatis iudiciuz est. HIE. Uel aliter: Secũdo orat vt si niniue. i. gẽtilitas aliter saluari nõ potest: nisi aruerit cucurbita. i. iudea: fiat volũtas patris: q̃ nõ ē contraria filij volũtati dicẽte ipso p ppheta: vt facerẽ volũtatẽ tuã de' me' volui HILA. Uel aliter: Passuris discipulis oẽz in se corporis nostri infirmitatez assũpsit: crucique secũ vniuersa quib' infirmamur affixit: ⁊ ideo trãsire ab eo calix non potest: nisi illuz bibat: quia pati nisi ex eius passione nõ possum'. HIE. Christus solus orat pro omnib': sicut ⁊ solus patit pro vniuersis. Sequt enim: Et ve. iterum ⁊ inuenit eos dormi. Erant enim oculi eorum grauati. Languescebant enim et oppꝛimebantur apostolorũ oculi negatiõe vicina. ORI. Puto enim q̃ non tãtũ corporũ oculi quantuz animarum grauati erãt. nõduz. n. erat eis spũs grauat'. vñ nõ eos reprehendit: sed vadens iterũ orauit docens vt non deficiamus: sed permaneam' in oratione: donec impetremus ea que postulare iaz cepim'. vñ sequtur: Et relictis illis iterũ abijt ⁊ orauit tertio: eundez sermonẽ dicens. HIE. Tertio autẽ orauit: vt in ore duorũ vel triũ testiũ staret oẽ verbuz. RA. Uel ideo tribus vicibus dñs orauit: vt nos a peccatis preteritis veniaz ⁊ presentibus malt tutelã: ⁊ futuris periculis cautelaz oremus: ⁊ vt omnez orationem ad patrez ⁊ ad filium ⁊ ad spiritũ sanctum dirigamus: ⁊ vt integer spũs noster ⁊ anima ⁊ corpus fuetur. AVG. de que. euan. Non absurde etiaz intelligit propter trinaz tentationẽ passionis ter dominũ orasse. Sicut enim tentatio cupiditatis trina est: ita tẽtatio timoris trina ē. Cupiditati que in curiositate ē opponitur timor mortis. sicut enim in illa cognoscendarũ rerũ ē auiditas: ita ⁊ in ista metus amittẽde talis noticie. Cupiditati vero honoris vel laudis opponitur timor ignominie ⁊ cõtumeliarũ. cupiditati ẽt voluptatis opponit timor doloris. REMI.

Uel ter orat pro apostolis: ⁊ maxime pro petro qui ter erat eum negaturus.

¶ Tũc venit ad discipulos suos: ⁊ dicit illis: Dormite iã ⁊ requescite. Ecce appropinquauit hora: et filius hois tradet̃ i man̄ peccatorũ. Surgite eam̄ Ecce appropinquauit qui me tradet.

HILA. Post orationẽ frequẽtẽ: post discursus recursus q̃ multiplices metũ demit: securitatẽ reddit: in requiem. adhortat. vñ dicit: Tunc venit ad dis. suos ⁊ ait illis: dormitaꝫ ⁊ requi. CHRY. in ho. Et q̃dẽ tũc vigilare oportebat: sꝫ hoc dixit: vt oñderet: qm̃ neq̃ visuꝫ possent ferre futuroꝝ maloꝝ: ⁊ qm̃ eoꝝ nõ indiget auxilio: ⁊ qm̃ oino tradi eũ oportebat. HILA. Uel hoc dicit: q̃ volũtatem patris de discipulis ita secur̄ expectabat: de qua dixerat Fiat volũtas tua: q̃. s. transiturũ in nos calicẽ bibẽs infirmitatẽ corporis nostri: ⁊ timoris solicitudinẽ: ⁊ ipsũ dolorẽ mortis absorbuit. ORI. Uel nõ ẽ ille ipse somnus: quẽ iubet nũc discipulos suos dormire: ⁊ ille q̃ eis superi̇ scribit contigisse. Illic enꝫ dormientes inuenit: nõ requiescẽtes sed grauatos oculos habentes: nũc aũt precepit eis nõ simpliciter dormire: sed cũ requie: vt ordo seruetur: vt primũ quidẽ vigilem̄ orãtes vt nõ intrem̄ in tẽtationẽ: vt postea dormiam̄ ⁊ requiescam̄: vt cũ aliq̃s inuenerit locũ dño: tabernaculũ deo iacob: ascendat supra lectũ strat̄ suĩ: ⁊ det sõnũ oculis suis. Fortitã autem ⁊ aia nõ potẽs semp sufferre laborẽs: quasi icarnata remissiões aliquas sine reprehẽsione consequet: q̃ moraliter dormitiones dicũt: vt vsq̃ aliquãtũ tẽporis habẽs remissionẽ renouata resuscitet. HILA. Quod autẽ ad eos reuertẽs dormientesq̃ reperies primuꝫ reuersus obiurgat: scõo silet: tertio q̃escere iubet: rõ ista ẽ: q̃ primũ post resurrectionẽ dispersos eos: ⁊ diffidentes ac trepidos reprehendit secũdo misso spũ paraclito: grauatis ad contuẽdã euãgelij libertatẽ oculis visitauit: naꝫ aliquãdiu legis amore detenti: quodã fidei sõno occupati sũt. tertio vero. i. claritatis sue reditu securitati eos q̃etiq̃ restituet. ORI. Postq̃ aũt resuscitauit eos a sõno: videns in spũ appropinquantẽ iudã traditorẽ: q̃ nõduꝫ videbat a discipulis ei̇ dicit: Ecce appropin. hora: ⁊ filius̄ homi. tradet̃ in man̄ peccatorũ. CHRY. in ho. Per hoc aũt q̃d dicit: Appropinq̃uit hora. oñdit qm̃ diuine dispositionis erat q̃d gerebatur. per hoc aũt q̃d dicit: In man̄ peccatorũ: demostrat qm̃ illorũ nequicie hoc opus erat: nõ q̃ ipse delicto eẽt obnoxius. ORI Sed ⁊ nũc in man̄ peccatorũ tradit̃ iesus: qm̃ hi q̃ vident iesuꝫ credere habẽt eũ in manib̄ suis: cuꝫ sint peccatores. Sꝫ ⁊ quotiẽcũq̃ iust̄ habens in se iesuꝫ in potestate fact̄ fuerit peccatoꝝ: Jesus ẽ tradit̄ in manus peccatoꝝ. HIE. Postq̃ ergo tertio orauerat: ⁊ apostolorũ timorẽ sequẽte pnia ipetrauerat corrigendum securus de passione sua pergit ad persecutores: ⁊ vltro se ad interficiẽdũ prebet. vñ sequit: Surgite eam̄. q. d. Nõ vos inueniãt q̃si timẽtes vltro pergam̄ ad mortem: vt cõfidẽtiã ⁊ gaudium passuri videant. Sequitur. n. Ecce appropinquauit q̃ me tradet. ORI. Non dicit appropinq̃uit mihi: nec. n. ipsi appropiquabat traditori ei̇ qui se elõgauerat peccatis suis ab eo. AVG. de concor. euã. Uidet autẽ hic fmo fm mattheũ sibiipsi eẽ contrari̇. Quõ enꝫ dixit: Dormite iã ⁊ requiescite: cũ cõnectat: Surgite eam̄. q̃ velut repugnãtia q̃dã cõmoti conãtur ita pnunciare q̃d dictũ ẽ: Dormite iã ⁊ requiescite tanq̃ ab exprobrante: nõ a permittente sit dictũ: q̃d recte fieret si eẽt necesse. Cũ vo marcus ita cõmemorauerit: vt cum dixisset: Dormite iã ⁊ requiescite. adiũgens: Sufficit: ⁊ deinde inferret: Uenit hora. Ecce tradet̃ filius̄ hois vtiq̃ intelligitur post illud q̃d eis dictũ ẽ: Dormite iã ⁊ requiescite: siluisse dñꝫ aliquãtũ: vt hoc fieret q̃d pmiserat: ⁊ nunc intulisse: Ecce appropinquauit hora. Propter q̃d fm marcũ positum ẽ. Sufficit. i. q̃ iã requescitis.

¶ Adhuc eo loquẽte: ecce iudas vn̄ de duodecim venit: ⁊ cum eo turba multa cũ gladijs ⁊ fustibus missi a principibus sacerdotũ ⁊ senioribus populi: Qui aũt tradidit eum: dedit illis signũ dicens: Quẽcũq̃ osculat̄ fuero ipse ẽ: tenete eum. Et confestiꝫ accedẽs ad iesum dixit: Aue rabbi. Et osculatus ẽ euꝫ. Dixitq̃ illi iesus: Amice ad quid venisti? Tũc accesserunt ⁊ manus iniecerunt in iesũ ⁊ tenuerũt eum.

GLO. Quia superi̇ dictũ ẽ q̃ dñs vltro se persecutoribus exhibebat: pñter euãgelista oñdit quõ fit a persecutorib̄ detent̄. vñ dicit: Adhuc eo loquẽte ecce iudas vnus de duodecim venit. REMI. Un̄ videlicet numero: non merito. Hoc autẽ dixit ad oñdẽdũ imane facin̄ illius qui de apostolica dignitate fact̄ fuerat pditor. Sequtur: Et cũ eo turba mlta cũ gladijs ⁊ fustib̄. Ut aũt oñderet euãgelista iuidẽtie cã illũ deprehẽsũ subiungit: Missi a principibus sacer. ⁊ senio. populi. ORI. Pot̃ dicere aliq̃s qm̃ pptermultitudinẽ eoꝝ qui iã credidẽrãt multi venerũt aduersus eũ timẽtes ne multitudo credẽtiũ de manib̄ eoꝝ tollerẽt eũ Ego autẽ estimo ẽt alterã cãꝫ: qm̃ q̃ putabant i beelzebub eycere solere demonia arbitrabãtur eũ ex q̃busdã maleficijs posse effugere de medio volẽtiũ eũ tenere. Multi ãt nũc spiritalib̄ gladijs militant contra iesũ: varijs. s. ⁊ diuersis de deo dogmatib̄: Sequtur: Qui aũt tradi. eũ dedit eis signũ dicẽs: Quẽcũq̃ osculat̄ fuero: ipse ẽ tenete eũ. Dignũ ẽ aũt q̃rere cũ fm faciẽ not̄ eẽt oib̄ habitantibus in iudea q̃re q̃si nõ cognoscẽtib̄ effigiẽ eius dedit eis signũ? Uenit aũt traditio talis de eo ad nos: qm̃ nõ solus due forme in eo fuerũt: vna fm quã eũ oẽs videbant: altera fm quã trãsfigurat̄ ẽ corã discipulis in mõte: sꝫ cuiꝫ vnicuiq̃ apparebat fm q̃ fuerat dignus. sicut ⁊ de maria scriptũ ẽ: q̃ habebat saporem ad oẽs vsuꝫ conuenientem: ⁊ verbũ dei non similiter cunctis apparet. Propter huiusmodi ergo transfigurationes ei̇ signo indigebant. CHRY. in ho. Uel ideo signũ eis dedit: q̃ multoties detentus ab ipsis ptransijt nescientib̄ eis: q̃d ⁊ nũc faciẽ eẽt: si ipse voluisset. Sequtur: Et confestiꝫ accedens ad iesum dixit. Aue rabbi. ⁊ osculatus ẽ eũ. RAB. Suscipit dñs osculũ traditoris: non q̃ simulare nos doceat: sꝫ ne proditionẽ fugere videatur. ORI. Si autẽ aliquis q̃rat Cur osculo iudas tradidit iesũ? Fꝫ quosdã quidẽ voluit reuerentiã ad magistrũ fuare: nõ audẽs manifeste i eũ irruere. fm alios aũt hoc fecit: tũnẽ ne si forte se manifestũ aduersariũ prebuisset: ipse ei fieret cã euasionis: cum posset fm opinionẽ eius effugere: ⁊ facere se imperuiũ. Ego aũt puto q̃ omnes proditores veritatis amare veritatem fingentes: osculi signo vtunt. Oẽs etiam hereticis ⁊ iudas iesu dicunt Rabbi: Jesus autem placabilia respondet. vnde sequitur: Dixitq̃ illis iesus: Amice ad quid venisti? Dicit autẽ amice imporperans simulationẽ: hoc. n. noie neminẽ bonorũ in scripturis cognoscimus appellatum. ad malũ. n. dicit: Amice quomodo huc irrasti? Amice non facio tibi iniuriã. AVG. in ser. de pas. Dicit autẽ Ad quid venisti? tanq̃ diceret: oscularis ⁊ insidiaris: non quare veneris amicum fingis: cũ proditor sis. REMI. Siue Amice ad quid venisti: hoc fac: subintelligitur. Sequitur: Tunc accesserunt ⁊ manus iniecerunt in iesum ⁊ tenuerunt eum. Tũc. s. quando ipse permisit. frequenter enim voluerunt: sed nõ potuerũt. RAB. Exulta christiane in cõmertio inimicorum tuorum vicisti: quod iudas vendidit: ⁊ quod iudeus emit tu acquisiuisti.

¶ Et ecce vn̄ ex his qui erant cũ iesu extẽdẽs manum exemit gladium suũ ⁊ percutiens seruũ principis sacerdotũ amputauit: auriculam eius: Tũc ait illi iesus: Conuerte gladium tuuꝫ in locũ suũ.

Omnes

Omnes enim qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plus q̃z duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo implebuntur scripture? Quia sic oportet fieri.

CHRY. in ho. Sicut lucas refert: dñs in cena discipulis dixerat: Qui habet saculũ tollat similiter et peraz: et q̃ non habet vendat tunicã suã et emat gladiũ. et discipuli responderunt: Ecce gladij duo hic. Conueniens autem erat illic gladios esse propter agnũ. s. paschalẽ quẽ comederãt Audiẽtes quoq̃z qm̃ venirent persecutores ad christũ capiendũ: a cena exeuntes gladios sumpserũt in auxilium aduersus persecutores: quasi pro magistro preliaturi. vñ hic dicitur: Et ecce vnus ex his qui erant cũ iesu extẽdẽs manũ eximit gladiũ suum. HIE. In alio euangelio scriptum ẽ: q̃ petrus hoc fecerit eodem ardore quo et cetera fecit. vñ sequitur: Et percutiens ser. prin. sacer. ampu. auriculã eius. Seruus principis sacerdotũ malchus appellatur: auricula quoq̃z que amputatur dextera est. transitorie dicendũ ẽ q̃ malchus. i. rex quondã populi iudeorũ seruus factus est impietatis et deuorationis sacerdotum dextrãq̃z perdidit auriculam: vt littere veritatẽ audiat ĩ sinistram. ORI. Nam si videntur legẽ audire: modo cũ sinistro auditu audiunt umbram traditionis de lege non veritatem. Populus autem ex gentib̃ significatus p petruz: per hoc ipsuz quod crediderunt in christũ: facti sunt causa vt precideretur iudeorũ auditio dextera. RA. Vel petrus non tollit audientibus intelligendi sensum: sed diuino ablato iudicio negligentib̃ pandit: verũ eadẽ dextera auris in his qui ex eodem populo crediderunt diuina pietate p̃stino restituta ẽ officio. HILA. Uel aliter. Seruo principis sacerdotum auricula ab apostolo desecatur populo. s. sacerdotio seruienti. per christi discipulũ inobediens auditus exciditur: et ad capacitatẽ veritatis hoc quod erat non audiens amputat. LEO papa in ser. de pas. Dominus autẽ zelantis apostoli pium motũ progredi vltra nõ patitur. vñ sequitur: Tunc ait illi iesus. Conuerte gladiũ tuum in locũ suũ. Contra sacramẽtũ erat redemptionis nostre: vt qui mori pro omnibus venerat: capi nollet. Dat ergo in se furentibus licentiam seuiẽdi: ne ablato gloriose crucis triũpho: et domiatio diabolica fieret longior: et captiuitas hũana diuturnior. RA. Oportuit etiã vt actor gratie fideles patiẽtiã suo exẽplo doceret: et potius ad sustinendum fortiter aduersa instrueret: q̃ ad vindicandum prouocaret. CHRY. in ho. Ad hoc autem vt populo persuaderetur cõminationem addit dicens: Omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. AVG. contra faustum: Idest omis qui vsus fuerit gladio. Ille aũt vtitur gladio qui nulla superioritate aut legitima potestate vel iubente vel cõcedente in sanguinẽ alicuius armatus. Nam vtiq̃z dominus iusserat vt ferrum discipuli ei̊ ferrent: sed nõ iusserat vt ferirent. Quid ergo indignũ si petrus post hoc peccatũ factus est pastor ecclesie: sicut moyses post percussum egyptum factus ẽ rector synagoge. Uterq̃z enim non detestabili imanitate: sed emẽdabili animositate regulã excessit: vterq̃z odio improbitatis aliene: sed ille fraterno: iste dñico. Iz adhuc carnali tamen amore peccauit. HILA. Sed non omib̃ gladio vtentib̃ mors solet eẽ per gladiu: nã plures aut febris aut ali̊ accidens casus absumit q̃ gladio aut iudicij officio aut resistendi latronib̃ necessitate sunt vsi. Et si fm sententiã eius omnis gladio vtẽs gladio perimeret: recte ad necem eorũ gladius eximebatur qui eodem vtebantur ad facinus. HIE. Quo ergo gladio peribit quicunq̃z gladium sumpserit? Illo nempe qui igneus vertitur ante paradisum: et gladio spiritus qui ĩ dei describitur armatura. HILA. Recondi ergo gladium precipit dominus: quia eos non humano: sed oris sui gladio esset perẽpturus. REMI. Uel aliter: Qui gladio vtitur ad occidendum hominem ipse sue prius malicie moritur gladio. CHRY. in ho. Non solum autem mitigauit discipulos per cominationem pene: sed etiam ostendendo q̃ voluntarie hoc sustinebat. vnde sequitur: An putas quia non possum rogare patrem meum: et exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiones angelorum? Quia multa humane infirmitatis ostenderat: non videretur credibilia dicere: si dixisset q̃ eos perdere posset. Et ideo dicit: An putas quia non possum. HIERO. Quasi diceret: Non indigeo duodecim apostolorum auxilio: etiam si omnes me defenderent: q̃ possum habere. xij. legiones angelici exercitus. Una legio apud veteres sex milibus hominum complebatur. de. xij. ergo legiõib̃. lxxij. milia ãgelorũ fiunt ĩ quot gentes hominum lingua diuisa est. ORI. Ex hoc autem demonstratur: qm̃ fm similitudinem legionum militie mundialis sunt et angelorum legiones militie celestis militantium contra legiones demonum. militia enim hominis omnis propter aduersarios intelligit constituta. Non autem quasi indigens auxilio angelorum hoc dicebat: sed fm estimationem petri volentis ei auxilium ferre. Magis enim angeli opus habent auxilio vnigeniti filij dei q̃ ipe illorum. REMI. Possumus etiam intelligere per angelos romanorum exercitum: cum Tyto enim et Uespasiano omnes lingue aduersus iudeam surrexerunt: et impletum est: Quia pugnabat pro eo orbis terrarum contra insensatos. CHRY. in home. Non solum autem per hoc timorem discipulorum euacuat: sed etiã p hoc q̃ scripturas in medium itroducit dicens: Quomodo ergo implebuntur scripture: quia sic oportet fieri? HIE. Hec sententia, pmptum ad patiendum demonstrat animum: q̃ frustra prophete cecinerint: nisi dominus eos vera dixisse sua passione asseueret.

¶ In illa hora dixit iesus turbis: Tanq̃z ad latronem existis cum gladijs et fustibus cõprehẽdere me. Quotidie apud vos sedebam docens ĩ tẽplo: et nõ me tenuistis. Hoc autem totũ factum ẽ vt adimplerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. At illi tenentes iesum duxerunt ad caypham principem sacerdotum: vbi scribe et seniores conuenerant. Petr̃ autem sequebatur eum a longe: vsq̃z in atriũ principis sacerdotũ. Et ingressus intro: sedebat cum ministris vt videret finem.

¶ ORI. Postq̃ dixit petro: Reconde gladium tuum qõ est patientie: postq̃ etiam auriculam restituit amputatam sicut alter dicit euangelista: q̃ summe benignitatis initium fuerat et diuine virtutis: subdit: In illa hora dixit iesus turbis. vt si preterita beneficia non recordantur vel presentia recognoscãt: Tanq̃ ad latronem existis cum gladiis et fustibus cõprehendere me. REMI. Ac si diceret: Latronis officium est nocere et latitare. ego vero nemini nocui: sed plures sanaui: et in synagogis semp docui. Et hoc est quod subdit: Quotidie apud vos sedebam in templo docens et nõ me tenuistis. HIE. Quasi diceret: Stultum est eum cum gladijs et fustibus querere qui vltro se vestris tradet manibus: et in nocte quasi latitantem per proditorem inuestigare qui quotidie in templo doceat. CHRY. in home. Ideo autem cum in templo nõ tenuerunt: quia non ausi erant propter turbam: propterqõ et dominus foras exiuit: vt ex loco et tempore daret eis aptitudinẽ se capiendi. Ex hoc ergo docet quoniam nisi volũtarius permisisset: nequaq̃ eũ capere valuissent: Deinde euangelista questionem solvit: propter quid dominus capi voluit: cum subdit: Hoc autem totum factum ẽ vt adimplerentur scripture prophetarum. HIE. Foderũt

manus meas ⁊ pedes meos. Et alibi: Sicut ouis ad victimā ductus ē. Et in alio loco: Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. REMI. Quia enim omnes prophete predixerunt christi passionē: ideo non posuit finem testimonium: sed generaliter dicit impleri vaticinia omniū prophetarū. CHRY. in home. Discipuli autem qui quando detentus est dominꝰ permāserunt: quādo locutus ē hec ad turbas: fugerūt. vnde sequitur: Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. sciebant enim quoniā iā non erat possibile effugere eo se voluntarie illis tradente REMI. In hoc tamen facto demōstratur fragilitas apostolorum. qui enim de ardore fidei promiserāt se mori cū eo nunc timore fugiunt immemores sue promissionis. quod etiā videmus impleri in his qui pro amore dei magna se promittunt facturos: ⁊ postmodū nō implent: non tamē desperare debent: sed cū apostolis resurgere: ⁊ per penitentiā resipiscere. RA. Mystice autē sicut petrus qui culpaz negationis penitentie lachrymis abluit: recuperationem eorū ostendit: qui a martyrio labuntur: ita ceteri discipuli fugiētes cautelam fugiendi docent eos qui se minus idoneos ad toleranda supplicia sentiunt. Sequitur. At illi tenentes iesum duxerunt ad caypham principem sacerdotū. AVG. de q̄. euā. Sed tamen primo ad annā ductꝰ est socerū cayphe sicut ioannes dicit: Ductus ē aūt ligatꝰ cū adessent in illa turba tribunus ⁊ cohors: vt ioannes cōmemorat. HIE Refert autē iosephus istum cayphaz vniustū anni pontificatum precio redemisse: cum tamē moyses eo iubente preceperit: vt pontifices patribus succederent: ⁊ generationis in sacerdotibus series texeretur. non ergo mirū est si iniquus pontifex iniqua iudicet. RA. Conuenit etiam actioni caypha. i. inuestigator vel sagax ad implendam suam nequitiaz vel vomēs ore: quia impudens fuit ad proferendū mendaciū: ⁊ ad perpetrandū homicidiū. Ideo autem illuc eum adduxerunt vt cū consilio omnia facerent. vnde sequitur: Ubi scribe ⁊ seniores conuenerant. ORI. Ubi cayphas est princeps sacerdotuz illic congregantur scribe. i. litterati: qui presūt littere occidenti: ⁊ seniores non in veritate: sed in vetustate littere. Sequitur: Petrus autem sequebatur eum a longe. Non enīz poterat de proximo cū sequi. sed de longinquo: nec tamē omno recedens ab eo. CHRY. in ho. Mōtus enīz erat feruor petri: qui cū alios fugientes vidisset: non fugit: sed stetit ⁊ intrauit. Si aūt ⁊ ioannes intrauit: tamē notꝰ erat principi sacerdotū. Longe aūt sequebat. qz erat dōm negaturus. REMI. Nec enim negare potuisset si domino proximus adhesisset. Per hoc etiam significatur q̄ petrus dominum ad passionē euntem erat secuturus. i. imitaturus. AVG. de concor. euan. Significatur etiam ecclesiā secutura quidē hoc est imitaturam passiones domini: sed lōge differenter. ecclesia enīz pro se patitur: at illi pro ecclesia. Sequitur: Et ingressus ītro sedebat cum ministris: vt videret finē. HIE. Uel amore discipuli: vel humana curiositate scire cupiebat quid iudicaret de domino pontifex: vtrum cum neci adiceret: an flagellis cesuz dimitteret.

¶ Principes autem sacerdotum: ⁊ omneꝰ consilium querebant falsum testimonium contra iesuz: vt eum morti traderent: ⁊ non inuenerūt: cuz multi falsi testes accessissent. Nouissime autē venerūt duo falsi testes ⁊ dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templum dei: ⁊ post triduum reedificare illud. Et surgens princeps sacerdotum ait illi: Nihil rñdes ad ea q̄ isti aduersū te testificāt? Ihs aūt tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum viuuz: vt dicas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi iesus: Tu dixisti. Uerūtamen dico vobis: ammodo videbitis filiuz hominis sedentem a dextris virtutis dei: ⁊ venientem in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotū scidit vestimēta sua dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi respondētes dixerūt: Reus ē mortis. Tunc expuerunt in faciem eius ⁊ colaphis eum cederunt. alij autem palmas in faciem eiꝰ dederunt dicentes: prophetiza nobis christe: quis est qui te percussit.

¶ CHRY. in home. Congregatis principibus sacerdotum: ⁊ tota pestilentie conuenticula: volebant suis insidijs iudicij formam imponere. vnde dicitur. Principes autem sacerdotum ⁊ omne consilium querebant falsuz testimonium contra iesum vt eum morti traderent. Sed q̄ficium erat iudicium: ⁊ omnia tumultus ⁊ turbationis plena: manifestatur per hoc quod subditur: Et non inuenerunt cum multi falsi testes accessissent. ORIGE. Falsa enim testimonia tunc locum habent: quando cum colore aliquo proferuntur. Sed nec color inueniebatur qui posset contra iesum adiuuare mēdacia: quāuis essent multi gratiam tribuere volentes principibus sacerdotuz: qō maximam laudem exhibet iesu: qui sic omnia irreprehensibiliter dixit ⁊ fecit: vt nullam verisimilitudinem inuenirent in eo reprehēsiōis ⁊ mali ⁊ multi astuti. Sequit: Nouissime autem venerunt duo falsi testes ⁊ dixerūt. hic dixit: possum destruere templum dei: ⁊ post triduum reedificare illud. HIERO. Quomodo autem falsi testes sūt si ea dicunt que dominum dixisse legimus? Sed falsus testis est qui non eodem sensu dicta intelligit: quo dicuntur dominus enīz dixerat de templo corporis sui: iz in ipsis verbis calumniantur: vt paucis additis vel mutatis quasi iustam calumniam faciant. Saluator dixerat: Soluite templum hoc. isti commutant ⁊ aiunt: Possum destruere templum dei. Uos inquit soluite: non ego: quia illicituz ē vt nobis ipsis inferamus manus. deinde illi vertunt: Et post triduuz reedificare illud vt proprie de templo iudaico dixisse videretur. dominus autem vt ostēderet animale inspirans templum dixerat: Et ego in triduo resuscitabo illud. aliud est edificare: aliud suscitare. CHRY. in home. Sed quare non attulerunt in mediuz accusationē de solutione sabbati. quia multotiens eos super hoc cōfutauerat. HIERO. Ira autem preceps ⁊ impatiēs nō inueniens calumnie locum: excutit de solio pontificem: vt vesaniam mentis motu corporis demonstraret. vnde sequitur: Et surgēs princeps sacerdotum ait illi: Nihil respondes ad ea que isti aduersuz te testificātur. CHRY. in home. Hoc autem dixit volens ab eo inexcusabilem responsionem elicere: vt ex ipsa eum caperet. Inutilis aūt erat excusationis responsio: nullo eam exaudiente. Et ideo sequitur: Iesus autez tacebat. Eteni soluz figura iudicij ibi erat in veritate autez latronū erat incursus sicut in spelunca: ⁊ ideo silet. ORIGE. Ex hoc autem loco discimus contēnere calumniantiuz ⁊ falsorum testiuz voces: vt nec responsione dignos eos habeamus qui non conuenientia dicunt aduersus nos: maxime vbi maius est: libere ⁊ fortiter silere: q̄ defendere sine vllo profectu. HIERONY. Sciebat enīz quasi deus q̄cquid diximus torquendum ad calumniaz. Quanto ergo iesus magis tacebat ad indignos responsione sua falsos testes ⁊ sacerdotes impios: tantomagis pontifex furore superatꝰ cū ad respondendum prouocat: vt ex qualibet occasione sermonis locuz inueniat accusandi. vnde sequitur: Et princeps sacerdotuz ait illi: Adiuro te per deuz viuuz vt dicas nobis si tu es christus filius dei. ORI. In lege quidez adiurandi vsuz aliquotiens inuenimus. estimo autē quoniam

non oportet vt vir qui vult fm euangeliū viuere adiuret alterum. Si enim iurare non licet nec adiurare: sed ⁊ q̃ respicit iesu3 imperantem demonibus ⁊ potestatem dantē discipulis super demonia: dicit q̃ fm potestatem datam a saluatore non est adiurare demonia. Princeps autē3 sacerdotu3 peccatum faciebat insidians iesu: ⁊ ideo imitabatur proprium patrem: qui bis dubie interrogauit saluatorem: Si tu es christus filius dei. vnde quis recte dicere potest quoniam dubitare de filio dei vtrum ipse sit christus: opus diaboli est. Non decebat autē dominum ad adiurationem principis respondere sacerdotu3 quasi vim passum: propter quod nec denegauit se filium dei esse: nec manifeste confessus est. vnde sequitur: Dicit illi iesus tu dixisti. Non enim erat dignus christi doctrina: ꝓpterea non eū docet: sed verbum oris eius accipiens: in redargutionem ipsius conuertit. Sequit: Uerūtamē dico vo. ammo. vide. filiū homi. seden. a dex. virtutis dei. Uidetur mihi quoniā firmitatem quandā regalem significat sessio filij hominis. iuxta virtutē ergo dei qui solus ē virtus fundat' est qui accepit omnē potestatem a patre sicut in celo ⁊ in terra. Erit autem quando hanc fundationem videbunt etiam aduersarij q̃ a tempore dispensatiōis incepit impleri. Uiderūt enim eius discipuli eū resurgentem a mortuis ⁊ per hoc viderunt eū fundatū ad dexterā virtutis. Uel qz fm longitudinē sempiternā que ē apud deu3 a constitutione mundi vsq̃ ad finē ē vnus dies. Nihil ergo mirū q̃ hic dicit saluator. Immodo spaciū est breuissimū vsq̃ ad finem ostendens: ⁊ non solū sedentem eum ad dextrā virtutis visuros ꝓphetabat: sed etiam venientem in nubib' celi. vnde sequit: Et veni. in nubib' celi. De nubes sunt prophete ⁊ apostoli christi: quib' mādat pluere cū oportet: ⁊ sunt nubes celi nō transeuntes: quasi potātes imaginē celestis: ⁊ digne sunt vt sint sedes dei quasi heredes dei ⁊ coheredes christi. HIE. Pontificem aūt de solio sacerdotali furor excusserat: eadē rabies ad scindendū vestes ꝓuocat. vnde sequit: Tunc princeps sacerdo. scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit. Consuetudinis enim iudaice est: q̃ cū aliquid blasphemū ⁊ quasi contra deū audierit: scindant vestimēta sua. CHRY. in ho. Hoc igit fecit vt accusationē redderet grauiorez: ⁊ q̃d verbis dicebat: factis extolleret. HIE. Per hoc aūt q̃ scidit vestimēta sua: ostendit iudeos sacerdotalē gloriā pdidisse: ⁊ vacuā sedē habere pontificis. Dū enim vestes sibi discidit: ipsū quo tegebat velamētum legis abrupit. CHRY. in ho. Cū ergo scidisset vestimēta sua: non fecit sentētiā a seipso sed ab alijs eā exquirit dicēs: Quid vobis videt: Sicut in confessis peccatis ⁊ blasphemia manifesta fieri solet: ⁊ quasi cogens ⁊ violētiā iferens ad sentētiam ꝓferendā preuenit auditorē dicens: Quid adhuc egem' testib': Ecce nūc audi. blasphemiā. Que aūt fuit illa blasphemia: Ecce enim ante eis congregatis dixerat: Dixit dōs dōo meo: sede a dextris meis: ⁊ interpretatus est eis ⁊ siluerunt: nec de cetero contradixerunt: qualiter ergo nūc quod dictū ē blasphemiā vocant. Sequitur: At illi respōdētes dixerūt: Reus est mortis. Ipsi accusantes: ipsi discutientes: ipsi sententiā proferentes. ORI. Quā tū putas fuit erroris: ipsam principalē diuī vitā reā mortis pnūciare. ⁊ per tantorū resurgentiū testimonia: nō respicere fontē vite de quo in oēs resurgentes vita fluebat. CHRY. in ho. Ut aūt venationē inuenientes ita suam demōstrabāt ebrietatē: ⁊ insania ferebantur. Sequitur: Tunc expue. in fa. eius: ⁊ cola. eum ceciderūt. HIE. Ut cōpleret quod dictum ē: Dedi maxillā meā alapis: ⁊ faciem meā nō auerti a cōfusione sputorū. Sequtur: Alij autē pal. in faci. ei' dede. dicen. Prophetiza no. christe: q̃s est qui te percussit. GLO. In contumeliā ei hoc dicit: qui se prophetā haberi voluit a populis. HIE. Stultum autem erat verberantibus respondere ⁊ prophetare cedentē: cū palā percutientis insania videretur. CHRY. in ho. Attende autē q̃ euangelista cum sūma diligentia q̃ videntur esse exprobratissima exponit: nihil occultās aut verecundans: sed gloriam existimans maximam: dominatorem orbis terrarum pro nobis talia sustinere. Hoc autem legam' continue: hoc nostre menti inscribamus ⁊ in his gloriemur. AVG. de q̃. euā. Quod autē dictum est: Expuerunt in faciem eius significauit eos qui presentiam gratie eius respuunt. Item tanq̃ colaphis cum cedunt: qui ei honores suos preferunt. Palmas in faciem eius dant: q̃ perfidia cecati: eum nō venisse affirmant: tā q̃ presentiam eius exterminātes ⁊ repellentes.

¶ Petrus vero sedebat foris ī atrio: ⁊ accessit ad eum vna ancilla dicens: Et tu cū iesu galileo eras. At ille negauit coram omnibus dicens: Nescio qd dicis. Exeunte autem illo ianuā: vidit eu3 alia ancilla: ⁊ ait his qui ei ērāt ibi: Et hic erat cum iesu nazareno. Et iterum negauit cum iuramēto: quia nō noui hominem. Et post pusillū accesserunt q̃ stabant ⁊ dixerunt petro: Uere tu ex illis es. Nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detestari ⁊ iurare: quia non nouisset hominem. Et cōtinuo gallus cantauit. Et recordat' est petrus verbi iesu quod dixerat: priusq̃z gallus cantet: ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare.

¶ AVG. de con. euā. Inter predictas dñi cōtumelias tria negatio petri facta ē: quam non oēs euangeliste eodez ordine narrant. Lucas enim explicat prius tentationē petri: tunc demū contumelias dñi. Sed matheus ⁊ marc' eas p̄mo ꝓmemorāt: ⁊ deide petri tētationē. Sic enī hic sequit. Petrus vero sedebat foris in atrio. HIE. Foris sedebat vt videret exitū rei: ⁊ non appropinquabat iesu: ne ministris aliqua suspitio nasceretur. CHRY. in ho. Et qui quando detentū magistrū vidit solū: ita efferbuit vt gladiū euaginauerit: ⁊ auriculā abscideritt: quando cōtumelias christi audiuit negator efficit: ⁊ vilis puelle minas non sustinet. Sequtur enim: Et accessit ad eū vna ancilla dicens: Et tu cum iesu gali. eras. RA. Quid sibi vult quia prima eū prodit ancilla cū viri magis eū potuerint recognoscere: nisi q̃ iste sexus peccare in nece domini videretur: vt eius passione redimeret. Sequtur: At ille negauit coram oib' dicens: Nescio qd dicis. Palā coram omnibus negauit: qa se manifestare expauit quod diceb'atur se nescire: respondit: qz pro saluatore adhuc mori noluit. LEO papa in ser. de pas. Ob hoc autem sicut apparet hesitare permissus ē: vt in ecclesie principe remediū penitentie conderet: ⁊ nemo auderet de sua virtute confidere: quādo mutabilitatis periculū: nec beatus petr' potuisset euadere. CHRY. in ho. Non solū autē semel sz ⁊ secundo ⁊ tertio negat: in breui tempore. vñ sequtur. Exeunte aūt eo ianuā: vidit eū alia ancilla ⁊ ait his q̃ erāt ibi Et hic erat cum iesu nazareno. AVG de con. euā. Intelligit aūt q̃ postq̃ exiit foras cū tam semel negasset: gallus cantauit primū quod marcus dicit. CHRY. in ho. Ut oñdat q̃ neq̃ vox galli eū a negatione detinuit. neq̃ in memoriā sue promissionis reduxit. AVG. de cōcor. euange. Non aūt foris ante ianuā iterū negauit: sed cū redisset ad focū neq̃ enim iā exierat ⁊ foris cum vidit altera ancilla: sed cū exiret eū vidit. i. cum surgeret ⁊ exiret animaduertit: ⁊ dixit his q̃ erant ibi. i. qui simul aderant ad ignē in atrio: Et hic erat cum iesu nazareno. Ille autem q̃ foras exierat: hoc audito regressus est: vt se quasi purgaret negādo. Uel quod est credibilius: non audiuit q̃d de eo dictum fuerat cuz foras exiret: ⁊ posteaq̃ redit quod dictum ē ei q̃ lucas cōmemorat: Sequtur: Et iterum negauit cum iuramento: qu a non noui hominē. HIE. Scio quosdā pio affectu erga apostolū petrū locuz hunc ita

interpretatos: vt dicerent petrū hominē negasse: non deuz: ⁊ esse sensum: Nescio hominē qa scio deū. Doc q̃ friuolum sit: prudens lector intelligit. si enim iste non negauit: ergo mentitus ē dominus qui dixerat: Ter me negabis. RAB. In hac autem negatione petri dicitur non solum abnegare christum: q̃ dicit eū non ēe christum: sz qui eū scit negat se ēe christianū. AVG. de con. euā. Nunc iam de tertia negatione inspiciam. Sequitur enī: Et post pusil. accesserunt qui sta. ⁊ dixerunt petro: Vere ⁊ tu ex illis es. Lucas autem dixit: Interuallo facto q̃si hore vnius ⁊ vt euz conuincant consequenter adiungūt: Nam ⁊ loquela tua manifestum te facit. HIE. Non quo alterius sermonis ēēt petrus aut gentis externe: omnes qppe hebrei erant ⁊ q̃ arguebant: ⁊ q̃ arguebatur: sed quo vnaquęq; prouincia habet, ppietates suas ⁊ vernaculū loquendi tonū vitare nō potest. REMI. Vide aūt q̃ sint noxia prauorū hominū colloqa: ipsa qppe coegerūt petrū negare dominum: quē prius confessus fuerat esse dei filiū. Sequitur enī Tunc cepit detestari ⁊ iurare: qa non nouisset hominem. RAB. Nota qa primum ait. Nescio qd dicis. secundo cū iuramento negat. tertio qa cepit detestari ⁊ iurare: qa nō nouit hominē. Perseuerare qppe in peccato dat incrementum scelerum: ⁊ q̃ minima spernit: cadit in maiora. REMI. Spiritaliter autē per hoc q̃ petr' ante primuz galli cantum negauit: illi designantur qui ante christi resurrectionē nō credebāt eū ēe deū et' morte turbati. Per hoc autem q̃ post galli cantū negauit: illi designantur q̃ in vtrāq; domini naturā ⁊ fm deū ⁊ fm hominē errant. Per primā aūt ancillā designat cupiditas: per secūdam carnalis delectatio: per illos q̃ astabant: demones intelliguntur. his enīz trahuntur homines ad christi negationez. ORI. Vel per primā ancillā itelligitur synagoga iudeorum qui frequenter cōpulerunt denegare fideles: per secundā congregatio gētium: q̃ ēt persecuti sunt christianos per tertios stantes in atrio: ministri heresum diuersarum. AVG. de q̃. euā. Ter etiā petrus negauit: nā ⁊ error heresiozū de christo tribus generibus terminat. Aut enim ex diuinitate: aut hūanitate: aut de vtroq; falluntur. RA. Post tertiā autem negationem sequitur galli cātus: ⁊ hoc est quod subdit: Et cōtinuo gallus cantauit. Per quē doctor ecclesie intelligit qui sōnolentos increpans ait. Euigilate iusti: ⁊ nolite peccare. Solet autē sacra scriptura sepe meritū causarū per statum designare temporis. vnde petrus qui media nocte peccauit: ad galli cantū penituit vnde sequitur: Et recordatus est petrus verbi iesu quod dixerat Priusq̃ gallus cantet: ter me negabis. HIE. In alio euāgelio legim' q̃ post negationē petri ⁊ galli cantū respexit saluator petrū: ⁊ iuuiu suo cū ad amaras lachrymas, puocauit: non enīz fieri poterat vt in negationis tenebris p̄maneret: quē lux respexerat mundi. vnde ⁊ hic sequitur: Et egressus foras fleuit amare. In atrio enim cayphe sedens non poterat agere penitentiā. vnde foras egredit de ipiorū consilio vt paude negatiōis sordes amaris fletibus lauet. LEO papa: Felices o apostole sacte lachrime tue: que ad diluenda culpā negatiōis: virtutē sacri habuere baptismatis. Affuit enim dextra domini iesu christi: qui labētē te primusq̃ decipereris: ⁊ firmitatē standi in ipso cadendi periculo recepisti. cito itaq; ad soliditatem redit petra: tanq̃ recipiens fortitudinē vt qui tunc in christi expauerat passione: in suo post supplicio non timeret: sed constans permaneret.

## CA. XXVII.

Mane aūt facto: cōsilium inierunt oēs principes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum: vt euz morti traderent. Et vinctū adduxerūt eū: ⁊ tradiderūt pontio pilato presidi. Tunc videns iudas qui eū tradidit q̃ dāpnatus ēēt: penitētia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotū ⁊ seniorib⁹ dicens: Peccaui: tradens sanguinē iustū. At illi dixerūt: Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argēteis i tēplo recessit: ⁊ abiens laqueo se suspendit.

